
DEUSINGIUS

CANT.

AVICENNÆ

1649



MEDICAL SOCIETY
OF LONDON

WELLCOME HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

ACCESSION NUMBER

PRESS MARK

AVICENNA

65039/A

XVIII 5

CANTICUM
Principis Abi - Alis , Ibn - Sinæ,
vulgò dicti
AVICENNÆ
De
MEDICINA
Seu
Breve, perſpicuum, & concinnè digeſtum
INSTITUTIONUM MEDICARUM
COMPENDIVM.
Cui adjecti
APHORISMI MEDICI
JOHANNIS MESUÆI,
Damaſceni.
Ex Arabico Latinè reddita,
Ab
ANTONIO DEUSINGIO,
Med. ac Philoſ. Doct. & in Academia
Provinciali Groningæ Omlandiæq;
Medicinæ Profeſſore prima-
rio, Provinciæ Med.
pract. ord.
Acceſſit Hujuſce
ORATIO
De
FELICITATE SAPIENTUM.

GRONINGÆ,
Ex Officinâ, IOANNIS NICOLAI;
ANNO M. DC. XLIX.

Clariſſimo, Spectatiſſimo, ac Celeberrimo Viro, Domino,

D. JACOBO GOLIO,

L. A. M. Matheſeos & Arabicæ Linguæ in inclyta Academia Lugd. Bat. Profeſſori,

ANTONIVS DEVSINGIVS, S. P.

AD Te reſundo, Vir Clariſſime ac Celeberrime, quod à Te primùm dimanavit; animique gratiſſimi affectum Ta. Clti inſcribo, qui Tibi meipſum, aut ſi quid prolitioris ingenii in me ineſt, debere lubens meritóque agnoſco. Inter cætera, quæ Te potiſſimùm inter mortales auſpice, haud infeliciter dudum exorſus eram, Vir Clariſſ. cùm & tuo prudenti conſilio & paternâ directione animum ac cogitationes, tunc paſſim rebus Philoſophicis intentas, à Iuriſprudentiæ ſtudio ad Medicinam, (in qua non ſuperficialiter ipſe animum exercuiſti,) converterem, ne ipſa quidem Linguarum Ori-

*entalium ſtudia poſtmodùm, cùm ad ma-
aſpera me tandem avocaret praxis Medic-
abjiciebam penitus, vel negligentiùs habeba-
Imprimis verò, cùm jam dudum cognoviſſe-
cæpiſſemque experiri opere, quid, quantu-
ve Lingua Arabum ad Medicinam univ-
ſam uſus & emolumenti afferat, hanc re-
medicis accommodare propiùs, ut cœpera-
progreſſus ſum; ac cùm ex publica Autori-
te Academiæ Lugd. Bat. initiatus ſacris -
ſculapii & Apollinis ad Lares patrios me p-
xis exercendæ cauſâ recepiſſem, Medic-
Principem, quem poſt Galenum ac Hip-
cratem non ſine ratione cenſeo primariu-
Huſſeinum, filium Sinæ, quem vulgo A-
cennam vocant, ſum aggreſſus, ut in d-
ſiore otio, quod ſere tunc ſperare diuturn-
cœperam, illius verſionem adornarem eleg-
tiorem & exactiorem, quàm quâ pulche-
ma doctrina ejus hactenus miſerrimum in-
dum conſpurcata eſt. Exordium feliciter
debat, ac ipſemet in opere progreſſus an-
alacritatem indies addebat, donec, -
jam aliquóuſque in libri primi verſione pro-
ſiſſem, à Clariſſ. & Experientiſſimo D-
Ioanne Elichmanno p. m. communi amico*

ſi-

ſtro, (cui cùm cæteris Amicis paulò antè Leidæ valedixeram) monerer, continuum eſſe in hoc ipſo opere D. Vopiſc. Fortun. Plempium, Lovanienſem Profeſſorem, quem modò duos libros priores abſolviſſe referebat: quare, ne fortaſſe actum agerem, à labore incohoato deſtiti. Ne verò feriarer interim, id quod ad manus erat, Avicennæ Canticum arripui, ſeu Inſtitutionum Medicarum hoc Compendium, carmine rythmico Arabicè conſcriptum, cujus mihi dudum propriâ manu comparaveram Apographum ex M. S. Exemplaribus à T. Clar^te^ ex Oriente cum cæteris voluminibus quàm plurimis allatis, (nam inter opera Autoris olim Romæ edita Arabicè non extat;) ejuſque verſionem facilè abſolvi, dum jam à Nobiliſſi^is^ & Ampliſſ. Celſiſſimi Principis Auriaci in Vrbe ac Comitatu Moerſenſi D. D. Officialibus, nec non Vrbis Magiſtratu, in patrio Gymnaſio invitatus ad Profeſſionem Matheſeos, Mathematicis Meditationibus variis fortè fuſius me ipſum indulgerem. Sed otia illa mea non ſivit diuturna eſſe divina Providentia: quippe vix biennium in natali ſolo commoratus eram, cùm à Nobiliſſ. ac Magnif. D.D. Cu-

ratoribus Illuſtris & Inclyti pridem Gymna
Gelro-Velavici (quod jam in Academia
Provincialem Gelro-Zutphanicam mutatu
eſt,) in locum celeberrimi Viri D. Ioh. Iſaa
Pontani, piè defuncti, Hardervicum honorif
vocatus fui, ad Profeſſionem Philoſophiæ N
turalis ac Matheſeos, cui equidem muneri m
Archiatri Vrbis Hardervicenæ functio, toti
que Civitatis Medica praxis accedebat, ver
inſuper Medicinæ Profeſſio haud multò pòſt a
jecta eſt. Sic verò ſub multiplici labore, à
bus ipſis mihi incumbente, Linguarum ſtudiu
antiquum haud parùm cœpit deferveſcer
dum magis ad ea animum adjicerem, qui
Spartam multiplicem pro rei merito meo
debito ornarem. Interea verò, dum ſic
tegrum ſeptennium, & quod excurreb
in illuſtri illa ſtatione labebatur, non ea m
quæ ad Perſicæ Turcicæque Linguæ comm
cultumque adornare aliquando cœpera
quieſcere neceſſe habuerunt; ſed & deſide
tiſſima multis, plurimiſque modis Medic
ſtudio utilis ac neceſſaria illa Arabum L
gua, gravioribus ac urgentioribus curis
tempore poſtponi. Nunc verò tandem,
in inclyta florentique iſtac Groningæ & C

lan

landiæ Academia, ſepoſitis quæ propiùs Philoſophiam tangunt, ordinaria primariaque Sparta mihi ſit commiſſa Medicina, cùm publicè docenda, tum praxi ipſa in auguſta Vrbe & Omlandia exercenda, novus animo ardor exurgit, quo ſaltem ſucciſivis horis ſubinde manum iis iterum admoveam, quæ ſi fortaſſe præter muneris ordinarii requiſita ſunt, eidem tamen decus atque ornamentum poſſunt addere, quin imò fructus publico non contemnendos. Ad Arabum ergo Medicinam denuò advertere conatus animumque propiùs inſtituo; & quod jam pridem in Latinum verteram, in ſpecimen emitto, Avicennæ Canticum, ſi fortè in hoc quoque genere laborum publico quid officioli afferre porrò queam: Vbi tamen commoda materia è tua inſtructiſſima Bibliotheca librorum M. S. Orientalium nobis erit exſpectanda. Dolemus profectò, quotieſcunque ſaniorem Arabum Medicorum mentem ineptâ verſione veteri quàcunque turpiter diſtortam cernimus; ac indignamur jure meritóque, cùm ſentimus, vix dum hoc erudito ſæculo quid publicè ſuppetere, quo iniquiſſimos cavillos plurium obtrectatorum, ex inſectationibus quibuſdam frivolis honorem

* 4 ſibi

ſibi atque gloriam ſperantium, & in præclara
monumenta Arabum, quæ nec luſtrarunt un-
quam nec intelligunt, plus quàm furentium
inhibeamus ſaltem atque retundamus. Si
unam illam partem Rhaſis ad Almanſorem
quâ traditur curatio particularium morbo-
rum, (quam inter tua rariora novimus Ara-
bicè extare,) tot excellentium Virorum eru-
ditis Commentariis condecoratam, vacet ali-
quando genuino ſuo ſenſu illuſtrare ac nitidio-
re verſione, textui originali magis congruâ
quàm quâ Veſalius, antiquiori nihil niſi fucum
aſpergendo, ſibi primùm gloriam quæſivit
exhibere Medicorum filiis, fortaſſe pluribus
adjicietur animus ad Medicinam Arabum lu-
ſtrandam ſemetipſos accingendi; quò certè
plurimos locupletiſſimum ac perfectiſſimum
quod à te prodit impræſentiarum, Lexicon A-
rabico-Latinum, fermè jam excuſum typis
invitabit ac pelliciet. Ad illam quidem ope-
ram præſtandam φιλιάτροις memetipſum lu-
bens offero, cùm Claritus T beneficio exem-
plar nactus fuero, quo tuam liberalitatem pu-
blico communicem. Extra metas Medicas i-
iis, quæ ab Oriente decus addunt litterari-
Reipublicæ, deinceps non progrediar, cùm
inte

inter curas varias abundè hic inveniam quod agam: Haud tamen invidebo publico, ſed planè Veſtri faciam arbitrii, quæ aliquando ſtudio privato, quò rarioris aliquid ſubſidii pararem animo, ac interim laboribus aſſueſcerem in Academiis, exorſus fui, & feliciter abſolvi. In iis ſaltem Pentateuchum Perſicum, verſionis Iac. Tawuſii referre poſſum: quem charactere Hebræo, abſque vocalium genuina notatione, editum anno 1551. Conſtantinopoli à Iudæis, (unà cum Chaldaïca verſione Onkeli, & Arabica R. Saadiæ, nec non Commentariis R. Salomonis Iarchi,) ita Perſico ab Arabibus mutuatitio charactere, ac vocalibus adjectis, accuratè expreſſi, ut & collationi textus, qui ad originalem non indoctè eſt accommodatus, inſervire cum emolumento poſſit, atque ſtudio ipſius Linguæ queat eſſe utiliſſimus. Specimem illius exemplaris in duobus prioribus capitibus Geneſeos, poſt Rudimenta Perſica Rev. Viri D. Ludovici de Dieu p. m. Amici noſtri deſideratiſſimi, adjectum eſt. Quâ autem induſtriâ, ac quo labore, perplexiſſimam confuſionem illam characterum, dum duobus ac viginti Hebræorum plus quàm triginta Perſarum exprimun-

*iur, explanaverim, nec non vocalium ac-
curatiſſimam notationem exhibuerim, Tibi
Vir Clariſſ. optimè notum eſt, utpote qui tu
domeſtici diſcipuli tui ſtudia quotidie luſtra-
bas, cui ad imitationem venerandi Præcep-
toris, ne ſucciſivæ quidem horæ, ſimilibus ani-
mi ingeniique exercitiis datæ, ſine fructu p
ribant. Hoc certè novi, me tunc tempo
illâ Perſici Pentateuchi in characterem Per
cum converſione, opinionem atque exſpecta-
tionem ſuperâſſe maximorum Virorum, in
cæteros Illuſtris & inclyti D. Salmaſii,
prædicti D. de Dieu. Dum verò memoria
verendi hujuſce viri, de Eccleſia Chriſti,
Republica litteraria optimè meriti, iter
impræſentiarum mihi recurrit, recurrit
mul memoria injuriæ magno illi Viro poſt
ta illatæ in Panegyrica Oratione Linguis
rientalibus dicta dudum Vltrajecti, ab
quo Linguarum Orientalium peritiſſimo Vi
Iuvene; dum ferme omnis honos, quem
rè ipſe prænominatus D. de Dieu Interpres
ſtoriæ Chriſti Perſicæ, (à Lojolitis in In
Orientali pro ingenio iſtiuſmodi ψευδοδιδ
κάλων conſcriptæ,) ex verſione à ſe fac
ac una cùm grammaticali ſua inſtituti*

Per

Perſica publico orbi data, promeritus eſt, *genuino Autori eripitur, & neſcio quâ temeritate vel fortaſſe ignorantia in alium transfertur: ut adeò non admodum obſcurè, præter omne fas & æquum, pro ſuis laboribus fideliqᵫe ſtudio, id mercedis reportet vir eximius, ὁ μακαρείτης, quòd tantùm non plagii reus inſimuletur: quando Orator,* Hanc ipſam, *inquit*, Perſicam linguam per Dei gratiam primi omnium illi duo inſignes viri Johannes Elichmannus, Sileſius, Medicinæ Lugdun. Batavorum Practicus Doctor, linguarumque ad minimum ſedecim peritus, hoſpes quondam meus chariſſimus, & ſub ejus inſtitutione & adjumento Ludovicus de Dieu, Paſtor Leidenſis, & Collegii Gello-Belgici ibidem Director, Amicus uterque deſideratiſſimus, & magno Orientalium Linguarum damno præmaturâ morte erepti, protulerunt. Elichmannus quidem Lud. de Dieu hæc in lingua Præceptor & primus inſtitutor, idemque verſionis in vitiatam Hiſtoriam Chriſti Perſicam poſſeſſor, autorque, nec minùs inſtitu-

ſtitutionis Perſicæ Grammaticalis pri-
mus concinnator, ſed quòd paulò ante
ejus viri præmaturum obitum Perſicus
ille liber vix lucem videret, conſen-
tiente, ſine dubio, Elichmanno, to-
ta publicandi gloria & editionis hono
Cl. de Dieu, veluti alteri ejus operi
autori remanſit. *Injuria hæc certè gravi
eſt in Rev. Virum, vel temeraria ceſpitatio
quam aliquandò coràm ipſe palpabilibus ra-
tionibus Oratori demonſtravi, qui ſe hallu-
cinatum hac in parte tandem agnoſcebat, a
famæ & honoris reſtitutionem publicè ſe præ-
ſtiturum promittebat: Cùm verò nondum
quippiam pro abſtergenda illa labe, viro exi-
mio indigniſſimè aſperſa, prodiiſſe viderim,
officium boni viri eſſe duxi veritatem hîc aper-
tè aperire, & ignominiæ notam Rev. Viro
immeritò inuſtam prorſum exſtirpare.* Ni-
*hil equidem hîc agere inſtituo, quod vel tan-
tillam meritiſſimæ paſſim laudis atque gloriæ
partem demat Excellentiſſimo D. D. Elich-
manno, τῷ ἐν ἁγίοις, Viro ſanè æquè in
Orientalibus linguis peritiſſimo, ac præter
Medicinæ abſolutiſſimam cognitionem & dif-
fuſiſſimam experientiam, plurimarum re-*

rum

rum profundiſſimâ & multijugi eruditione, dum viveret propemodùm incomparabili, intimo ac junctiſſimo Amico noſtro, & ex conſuetudine ac familiaritate aſſidua, dum annos complures in caſtris Muſarum Lugd. Batavis commorarer, fratris germani inſtar dilecti nobis, viciſſim fratris inſtar ab ipſo dilectis: At interim id dicere neceſſe habeo, quod ipſe D. Elichmannus, poſt editum ab Autore opus, literis ſuis ad me datis profitetur, quo ipſe, inquam, ab injuria tali, ac ſequiori affectatæ præter meritum gloriæ macula inſigne illud Eccleſiæ columen abundè tuetur. Certè Hiſtoria illa, non à D. D. Elichmanno, ſed à D. de Dieu in Latinum verſa, & jam typis excuſa, unà cum Grammaticali inſtitutione Perſica, reverè ab eodem autore concinnata, ad me tunc temporis Moerſæ, in Patria, commorantem, ex donatione Autoris ac inſcriptione ejuſdem manuali, per ipſum D. D. Elichmannum tranſmiſſa eſt. Literæ à D. D. Elichmanno ipſo ad me datæ 12. Maji, 1639. inter cætera hæc habent: Mitto nunc Magnifici Theologi & communis Amici literas, cum dono tibi deſtinato: Mentio quam is tui cum

ſingulari præconio fecit, haud parum aliquando famam tuam extollere poterit; &c. *Quarum autem mentionem facit D. Elichmannus à D. de Dieu ad me datarum hæ ſunt*: Quum multis jam ob plurimas occupationes non liceat, pauciſſimis te rogo, ut hoc laborum meorum (*Ni ſic D. D. Elichmanno conſcio, ac unà cum munere literas ad me tranſmittente, loquitur ille Vir Rev.*) laborum meorum, *inquit*, ſpecimen meique in te animi teſſeram benevolè accipias, meque deinceps amare & bonas literas promovere perga s. Faveat tibi tuiſque laboribus clementiſſimus Deus. Dabam Lugd. Batav. 11. Maji 1639. *Ex hiſce utrinque datis, & ab ipſo D. Elichmanno unà cum munere Autoris tranſmiſſis, clarum eſt haudquaquam ſibi tribuiſſe D. Elichmannum tum in vivis etiamnum cùm jam prodiiſſet in lucem labor iſte Rev. D. de Dieu, quod hu Panegyrica eripit. Sic autem res univerſe habet: Cùm fortè An°. 1635. prædicta Hiſtoriæ M. S. exemplar à Te, Vir Clari nactus eſſem, (ad te enim id pertinuiſſe pr fitetur ipſe D. de Dieu in ſua Præfatione,*

ac

ac in eo volvendo ſucciſivis horis ſubinde me exercerem, jamque paſſim loca ex Evangeliſtis idiomate Perſico reddita, in M. S. margine, te libro Domino ac poſſeſſore conſcio, notâſſem, quò in repetitione deinde laboris parte levarer, fortè in Muſæum meum ingreſſus intimus meus ὁ μακαρίτης Elichmannus, librum offendit, ac illico familiari materiâ oblectatus, commendato eum ſibi petiit: Facilè, tum variis ſtudiis diſtrictus, quò amico gratificarer, à cæpta illa exercitatione aliquantiſper quieſcere decrevi, librumque conceſſi: Hic verò mox à D. Elichmanno communicatus fuit Rev. D. de Dieu; ac cæpit paulò poſt ſævire magis magiſque horrenda illa lues epidemica, quæ ab urbe nos abeſſe ad tempus cogebat: dum interea hoc novum ſtudii genus aggreſſus Theologus, ita feliciter Hiſtoriam percurrit, ut diſcendo (primum namque hoc ejus in Lingua Perſica erat exercitium,) ſimul doceret, ac verſionem Latinam concinnaret, ipſaſque voces omnes, quæ in hiſtoria illa occurrebant, in Lexicon redigeret, ac inſuper præcepta quædam Grammaticalia adornaret. Hoc tamen interim à D. Elichmanno, qui toto illo tempore

in urbe

in urbe præſens erat, *obtinuit Theologus* *imprimis in exordio laboris*, quòd in diffi- cilioribus Dictionarii loco eſſet Amicus ille præfatus D. *Elichmannus*, à quo non parum ſe in illo opere adjutum *profitetur ipſe Autor in Præfatione; velut ipſe quoque cùm jam verſionem ſuam revideret, ſubinde difficiliora vocabula, beneficio Lexicorum V. Clar*^tis^ *Perſico-Arabicorum ac Perſico-Turcicorum, prædicto Amico ſuggerebam qui tum modò Pentatenchum meum abſolve- ram. Plura equidem ſibi nunquam attribu D. Elichmannus, quàm quæ in Præfation operi præmiſſa ipſi Autor tribuit; ipſeque, quis ſenſus humanarum rerum etiamnum ani- mæ poſt funera ſuperſtiti ineſſet, indigniſſim profectò ferret, ſibi quod non eſſe ſuum vivu ultrò eſt profeſſus, cum injuria & ignomini intimorum Amicorum tribui, è quorum ſtu- diis laboribuſque neutiquam pro ſui glori quid ipſemet detraxit, ac quos nequaquam malæ fidei vel fortè plagii inſimulari voluit Hæc pietatis ergò pro defunctis, quò ſuum cuique tribuatur, in re mihi perſpectiſſima notiſſimaque, ex ipſa rerum veritate promer neceſſe habui. Tibi verò, Vir Clariſſ. ha*

mea qualiacunque obſervanti animo offero ac inſcribo, ut ſub tui nominis ſplendore atque Claritate magis illuceſcant publico in φιλιατρων uſus. Deus Opt. Max. te diutiſſimè Reipubl. litterariæ, Tuiſque, Nobiſque, incolumem præſtet, ac laboribus tuis aſſiduis ita cumulatiſſimè è cœlo benedicat, ut ex iis porrò fructus plurimi percipiamus, ipſaque tuis monumentis gaudeat Poſteritas. Vale, Vir Clariſſime ac Celeberrime, & paternum erga me affectum, quo me dudum es complexus, fove in perpetuum, Dabam Groningæ. X. Cal. Decemb. M. DC. XLIX.

BENE-

BENEVOLO LECTORI S.

PLuribus in materiam, quam ex-
hibeo, à Principe Medicoru
Avicenna concinnè atque erudi-
tè adornatam ac digeſtam, com-
mendationis cauſâ hic præfari anim
nequaquam eſt, utpote quæ ſeſe ipſa
ultrò uſui Tyronum commendabi
Hoc tantùm moneo, me in tota verſio-
ne, quantum phraſis latina patitur,
verba textus Arabici ſecutum eſſe: a-
deóque nec ſtyli ornatum nec ſermon
elegantiam ſpectâſſe: ſubinde tame
paucula, quę ad ſenſum clariùs expri-
mendum faciant, inter parentheſe
ſigna inſeruiſſe. Equidem conſtitu
ram aliquando cum verſione textu
ipſum exhibere, in uſum eorum, q
Arabicæ Linguæ in Medicina utiliſſi-
mæ ſtudio tenentur; quare minimu
à verbis ipſis digreſſus fui, quò mag
genuina vocabulorum ſignificatio pate-
ret: Verùm quòd charactere Arabic

h

hîc loci careamus, ac alibi correctio abſenti difficilior exiſtat, malui ſeorſim exhibere Latina, quàm id quod eſt à pluribus deſideratum aliquoties, diutiùs negare publico. Si quando dabitur occaſio, quâ textum genuinum item deſcribendum typis præbeam, ſic cuncta commodè numericis diſpunxi notis, ut non futura ſit difficilis collatio. In Medicamentorum appellationibus vertendis non reſpexi indices ex Barbarorum verſionibus hinc inde antehac congeſtos, quibus Medicina Arabum eſt paſſim defœdata, ne ſic erroribus errores ac hallucinationes ſuperaddam: ſed ea reddidi, de quibus ipſe certus ſum; non quòd ab aliis ſic verſa viderim; ſed pleraqne, quòd ea ab Arabibus ex ſcriptis Medicis Græcorum priùs ita verſa in ſermonem ſibi uſitatum deprehenderim. Si quę non probè verſa olim alibi à Barbaris-Latinis certus fui, utut recepta uſu, prætermiſi ea tamen; ac malui vocabulum quod eſt ab Arabe adhibitum latinis literis exprimere, quàm aliquod erroneum vel

um vel dubium latinum, alibi ab aliis pro illa voce datum, ſubſtituere, ſi quidem ipſe genuinum ignoravi: Similiter ſicubi longiori aliquâ paraphraſi fuiſſet opus, quòd medicamentum planè peregrinum nec in Græcis nec Latinis genuinam appellationem habeat, vel ſi res aliqua compoſita, abſtinui à verſione: ipſamque expoſitionem pleniorem retuli in Lexicon Medicum Arabico-Latinum, quod dudum equidem exorſus pedetentim pleniùs perficio: prout res ipſa & occaſio id patitur. Vale, benevole Lector, & ſtudium noſtrum in commune bonum, ac operam iſtam qualemcunque æqui bonique conſule.

ANTONIUS DEUSINGIUS.

DE V

DE VITA & OBITU AVICENNÆ,

Paucula in fine M.S. Exemplaris Arabici addita extant: quæ ſic verto.

Concinnatum eſt carmen hoc rythmicum cum laude Dei altiſſimi & pulchritudine auxilii ejus, ordinatione (ſeu poëtica digeſtione) domini Principis, patris Alis, Huſſeini, filii Abd-Allæ, filii Haſeni, filii Alis, filii Sinæ, (Avicennæ) qui cognominatus ſuit Nobilitas regni Bocharenſis, Medici ac Philoſophi clariſſimi, Autoris operum plurimorum, & ſcientiarum celebrium atque utilium. Natus eſt in pago quodam Bocharenſi, dicto Aphſchana, in quo matrimonio junctus fuit Pater ejus Matri ejus Saræ, ipſeque natus eſt ibidem menſe Saſer (Anni Hegiræ) 370. ac mortuus eſt, cujus miſertus eſt Deus altiſſimus, in urbe Hamedana, die veneris, qui primus erat Menſis Ramedân, anno 468. & ſepultus eſt Hamedanæ: fuitque ſpatium vitæ ejus, cujus miſertus eſt Deus altiſſimus, 88. annorum, & 7. menſium. Fuit autem

cauſa

cauſa obitus ejus, quòd acciderit illi dolor colicus, qui ipſi perduravit, donec ceciderit facultas ejus, & defecerit in regimine ſui ipſius: quare cum hoc ex ſe ipſo cognoſceret rejecit curationem ſui ipſius, dixitque, moderator qui in corpore meo eſt, debilior eſt quàm ut poſſit corpus meum moderari, quare non prodeſt medicatio. Deinde lotus eſt & (ad Deum) ſe convertit, erogavitque in eleemoſynam omnia quæ penes ipſum erant pauperibus, & iniqua reſtituit iis quos noverat poſſeſſores eorum, & manumiſit ſervos ſuos. Obſervavit autem Alcoranum, ideoque obſignabat ternis quibuſque diebus obſignationem, uſque dum mortuus eſt Hamedanæ cujus miſertus eſt Deus altiſſimus, prædicto tempore. Quod ipſum hiſtoricè commemorat (hiſtoricus:) deſcripſi autem illud, in compendium contrahendo, ex libro Luminum (illuſtrium Virorum) filii Halkân.

ELEN

ELENCHUS CANTICI AVICENNÆ.

PARS PRIMA ſeu MEDICINA THEORICA.

DE conſtitutione Medicine, pag 3

PHYSIOLOGIA.

De Elementis, p. 4.
De Temperamentis, p 5.
De Humoribus, p 12.
De Partibus, p. 14.
De Spiritibus, p 15.
De Facultatibus, p. 16.
De Functionibus, p 18.

HYGIEINE.

De Aëre, p 18.
De Cibo & Potu, p 23.
De Somno & Vigilia, p 25.
De Motu & Quiete, p. 26
De Excretione & Retentione, p. 27.
De Animi Pathematis, p. 29.

PATHOLOGIA.

De Morbis, p 29.
De Morborum cauſis, p 33
De Symptomatis, p 41.

SEMEIOTICE.

De Signis in genere, p. 45.
De Pulſibus, p. 47.
Significatio à Sputo, p. 54.
De Urina, p. 57.
Significatio à Fæcibus, p. 61.
Significatio à Sudore, p. 65.
De Signo Prognoſtico in genere, p. 67.
De Repletione, p 68.
De Signis dominii variorum humorum, p 69.
De Signis Prognoſticis in morbo, p 73.
De Criſi, p 77.
De diebus Criticis, p. 81.
De modo Criſis futuræ, p. 83.
De Signis Prognoſticis mortis, p. 86.
De Signis Prognoſticis ſalutis, p 90.
De modis agendi in judicio ferendo ex ſignis, p. 93.

PARS

PARS SECUNDA,

ſeu

MEDICINA PRACTICA.

SECTIO PRIMA,

Quæ per medicamenta & cibos operatur.

Diviſio univerſalis, p. 95.
Diſtributio Practicæ conſervationis ſanitatis, p. 96.
Regimen ſani, p. 97.
Regimen iter facientium, p. 106.
Regimen infantis, p. 111.
Regimen convaleſcentium, p. 116.
Regimen ſenum, p. 117.
De Præſervatione, p. 119.
Curatio Morbi in genere, p. 120.
De Medicamentis ſimplicibus, p. 121.
De Medicamentorum compoſitione, p. 11
De Medicamentorum facultatibus, p. 11
Curatio Morborum ex intemperie; eorumque ſigna; p. 136. & ſeq.
Curatio Morborum à repletione, p. 11
In quibus morbus ſecanda vena, p. 11
Curatio morborum humoralium, p. 11

SECTIO SECUNDA,

De Chirurgia.

Diſtributio, p. 151.
De Venæſectione, p. 151.
De Arteriotomia, p. 153.
De Scarificatione, p. 154.
De inciſione carnis, p. 155.
De Cauterizatione, p. 1
De Apertura, p. 11
Operatio circa oſſa, p. 1
Cura luxationis oſſium, p. 11

PRAEF

PRÆFATIO AUTORIS.

In nomine Dei miſertoris miſericordis.

Dixit Dominus, Princeps (Medicorum,) celebris Philoſophus, Excellentia regni, Pater Alis, Huſſein, filius Abd - Allæ, filij Haſeni, filij Alis, filij Sinę, cujus miſereatur Deus.

LAus Deo excelſo, forti, æterno & omnipræſenti, glorioſo, potenti;

Qui creavit nos in optima conſtitutione, qui dirigit nos ad doctrinæ ordinationem:

Docuit nos ea quibus cognoſcendis impares eramus: intelligere nos fecit ea, quæ intelligere non poteramus.

Laudandus pro amplitudine deliciarum, proque omni quod nobis obtulit è copioſis rerum generibus.

Honorificè extollendo nos præſtantes reddidit per rationem, evectos ſupra omnes creaturas.

A Deo præcor auxilium plenarium, deſinat admittere petitiones,

Vt excitet ſervum ſuum ad compoſitionem Carminis Rythmici ordinatione novi:

Quod conferat ſcientiam Pandectarum medicinalium; denuncians omnia quæ in libris extant;

Quod docili ſufficiat loco variarum claſſium, digeſtumque ſit in optimam ſcribendi rationem,

Verſiculi ejus erunt mille ſupra trecentos numero certo,

Ac inſuper decem, inſuperque tres, quos ſuo numero invenies.

Eruntque hi Magiſtro Introductorij inſtar ad Pandectas ſcientiæ & praxis:

Pauci quidem, ut memoriæ mandari queant, firmiterque infigi, breviſſimo temporis ſpatio.

Accommoda ijs, ô Amice, aures attentionis, eaſque adverte rebus diligentiam merentibus.

Et ecce, referam Definitionem Medicinæ, ejuſque Diſtributionem ei qui docilitate pollet.

CANTIC

CANTICI AVICENNÆ
PARS PRIMA.
quæ eſt
MEDICINA THEORICA.

CONSTITUTIO MEDICINÆ,
ſeu
De Medicinæ Definitione, & Diſtributione ejusdem.

MEDICINA eſt conſervatio ſanitatis; ac curatio morbi, qui à cauſa quacunque in corpore accidit.

2. Diſtributio prima ejus in Theoriam & Praxin: Ac Theoria tribus abſolvitur.

3. Quæ ſunt, Res Naturales ſeptem; & ſex aliæ neceſſariæ: Denique

tria quę in libris digeſta ſunt, Symp[illegible]ma, Morbus, & Cauſa.

4. Medicinæ verò Praxis exiſtit ge[illegible]mina: Namque una operatur man[illegible]bus; altera operatur medicament[illegible] atque eo quod nutriendi vim habe[illegible] alimento.

PHYSIOLOGIA.
ſeu
Expoſitio Rerum Naturalium
ac primò
DE ELEMENTIS.

5. QUod ad res naturales ſpecta[illegible] Elementa ſunt quorum mi[illegible]tura conſtant corpora.

6. Dictum Hippocratis de hiſce v[illegible]rum eſt, quod ſint Aqua, Igni[illegible] Terra, & Aër.

7. Ejus rei indicium eſt, quod co[illegible]pus ſi quando interit, ad ea neceſſar[illegible] redit.

8. Quod ſi elementum foret ex[illegible] unum, haud videres per dolor[illegible] (ægritudines) corpus eſſe corru[illegible]tibile.

Secunda res naturalis,
eſt
EMPERAMENTVM.

9. POſt hæc ſequitur doctrina de Temperamento: cujus certa ›gnitio juvat in curatione.

10. Sunt temperamenti facultates ıatuor, quas Medicus vel ſimplices ·l conjugatas facit: Calidum, frigidum, ſiccum, & humidum, tangentis nſus percipit; quę reperiuntur in ementis, temporibus, eoque quod ıgetur, & in locis.

11. Elementum obtinet extremum ımmumque ſimplicis temperiei gradum.

12. Eſtque calor in igne & in aëre; : frigus in terra & aqua: ſiccitas au-m inter ignem & terram (communitur;) humiditas inter aquam & ërem.

13. Diverſitas inter naturas eorum, ſaque conſociatio, judicium nobis ræbet de eſſentia.

14. Diverſitatem habent ne ſint u-num quid; quatenus vero conſociantur apparet non eſſe invicem contraria.

15. Quicquid præter elementa eſt compoſitum id eſt, ejuſque tèmperamentum à prædominante deſignamus.

16. Quod æqualiter temperatum eſt Canonem quendam conſtituimus (ſcilicet) quod quatuor dictas ſpecies complectitur æquali menſurâ in ipſo contemperatas; adeòque ſit regulę ac normę inſtar.

17. Quicquid verò ſortitur declinationem, vergitque verſùs unum extremorum, id quidem illis facultatibus privatum non eſt, ſed ipſę illi inſunt inæqualiter.

18. Vocaturque à prædominante igneum, vel terreum, vel aqueum, eſtque ejuſdem generis quod refertur ad aërem: ac quodlibet eorum per convenientem rationem appellatur.

19. Abſolvi ſpecies temperamenti novem: nec inſuetum de ijs protuli ſermonem.

De tem-

De temperie Temporum.

20. DIcam de Tempore prout licet (ſeu in comparatione) úm modus in eo, non ſit (dicendi) d arbitrium, (ſeu abſolutè:)

21. Hyeme phlegma dominatur; Vere autem fit concitatio ſanguinis: Ac bilis flava æſtati reſpondet; velut tra bilis autumno.

De ſpeciebus eorum quæ augmentum recipiunt.

22. DIſtribuitur id quod augmentum recipit, in ſpeciem mineralium, & in plantas, atque animalium corpora.

23. Quod ex his vim corpori infert, medicina eſt; quod verò augmentum præſtat, cibus.

24. Temperamentum eorum percipitur guſtu, adhibitâ ratiocinatione directrice & æſtimatrice.

25. Dulce, ſalſum, & amarum, ad ſiccitatem (referuntur;) acre verò

ad calorem: Omniſque ſapor auſterus, & acidus, ad ſiccitatem & frigiditatem; nec non omnis (ſapor) ſtipticus.

26. Omne aquoſum, & quod ſapore caret, temperati temperamenti eſt: Ac omne oleoſum eſt calidum & humidum: quod verò frigidum & humidum exiſtit, id ſaporis eſt remiſſi, dulcis.

De temperamento Ætatum.

27. VIventia differunt in ætatibus: Nos verò circa ea de homine dicemus.

28. Calor juvenum ac puerorum eſt, quorum utrorumque temperies vicinę inter ſe conditionis eſt: Niſi quod juvenis ad ſiccitatem (vergat;) puer verò obtineat ſenſibilem humiditatem.

29. Senex frigidus eſt, ſi eum expendas; ac decreptus ei ſimilis, eoque deterior: Utriuſque temperamentum comitatur ſiccitas; ac in decrepiti

crepiti humoribus ineſt cruditas.

De Maribus & Fæminis.

30. IN maribus ſiccitas & caliditas; in fæminis frigiditas & humiditas eſt.

De Habitudinibus corporum.

31 (SI ſit) corpus molle ac pingue frigiditas & humiditas in temperamento ejus (dominatur.)

32. At (ſi ſint) habitubines corporum macilentę, graciles, utique tales temperamento ſiccæ ſunt.

33. Si cujus venę ex habitudine corporis latę ſunt, utique ea calida eſt.

34. (Si verò) cujuſcunque venæ contrario ſe modo habent, id equidem ex vehementia frigoris eſt.

35. At habitudo corporis conſiſtens, moderata, medio inter omnes loco eſt conſtituta.

De Coloribus; & primò in facie.

36. NOn valet ſignum in coloribus, ſi certa qualitatis im-

preſſio contingat propter regiones.

37. In regione Æthiopum calco mutat corpora, ita ut induat cutes ni gredine.

38. Septentrionales inveſtiuntu albedine, ita ut eorum cutes evadam candicantes.

39. Sique ſeptem climata determi naveris, temperamenti ſpecies inte liges.

40. Equidem temperatum ex hiſc & in mediocritate conſiſtens quartu eſt: ac color in eo temperamentu ſequitur.

41. Eſtque homo flavus propte choleram; ac fuſcus cinereus propte melancholiam.

42. Corpus autem rubrum eſt à co pia ſanguinis: album verò & eburn coloris phlegmaticum eſt.

43. At albi cum rubedine permix temperamentum æquâ menſurâ ten peratum eſt.

De colore Capillorum.

44. CUi albidi capilli ſunt,

temperr

mperamentum frigidum; at cujus
mperamentum calidum, ejus capilli
gri ſunt.

45. Qui remiſſi eſt frigoris, prædi-
s eſt capillis flavis; qui remiſſi ca-
ris eſt, capillis rubris.

46. Moderatum habentis tempera-
entum capilli ſunt calore flavi rube-
ne permixti.

De colore Oculorum.

47. SI humoris cryſtallini & al-
buginei corpora exigua ſint
fulgentia, locus eorundem promi-
eat, ſitque in ijs lumen conſtitutione
urum, coruſcans, multum, utique
lis oculus glaucus eſt; ſi hiſce con-
aria adſint, coloris antimonialis
ideſt fuſcus ſeu aquilus.)

48. Si coloris aquili cauſę miſcean-
ur cum cauſis glaucedinis, fit color
emiſſus.

49. Si paucus fuerit ſpiritus fit ovil-
s; aut ſi multus ſit in oculo fit ra-
ioſus.

Tertia res naturalis:
ſuntque
HVMORES.

50. COrpus conflatum eſt ex humoribus, eſſentiâ & temperamento differentibus: Ex phlegmate, & bile flava, ex ſanguine, & bile atra.

51. Phlegma naturale eſt quod ſapore caret, quodque habet frigiditatem temperatam.

52. Eſtque aliud quod dicitur vitreum, idque viſcidum & temperamento frigidum eſt.

53. Eſt quoque phlegma quod appellatur ſalſum, ad caliditatem & ſiccitatem obſerves illud inclinare.

54. Aliud eſt cujus ſapor dulcedinem refert, atque hoc caloris non eſt expers.

55. Aliud velut acetoſum, quod eſt frigidius, idque ex corruptione in ventriculo exiſtit.

56. Bilis flava quoque diverſarum ſpecies

ſpecierum eſt : ac una quidem dicitur fuliginoſa (ſeu aduſta.)

57. Alia æruginis inſtar, & porri: atque hæ multum habent malignitatis.

58. Alia dicitur vitellina, hæc facultate pernitioſa non eſt.

59. Eſt quoque flava, in folliculo fellis reſidens: Omnes autem referuntur ad caliditatem.

60. Sanguis eſt, qui originem habens ex Hepate, penetrat per venas ejus in univerſum corpus.

61. Partem ejus aliquam complectitur Cor. Eſt verò ſanguis in facultatibus ſuis calidus & humidus.

62. Locus ubi reſidet bilis atra in Liene eſt, quæ aſſertio dubia non eſt.

63. Naturalis quidem eſt ſedimentum ſanguinis: quæcunque eſt præter illud, naturalis non eſt; namque oritur ex commixtione & aduſtione aliorum humorum.

Quarta res naturalis: ſuntque

PARTES.

64. RAdices partium ipſorum corporum quatuor ſunt :: quicquid eſt præter haſce ab ijſdem videtur propagatum.

65. Ac una quidem earum Jecur eſt , quod ipſum corpori præeſt nutritione.

66. Cor verò corpus vitâ paſcit :: quod niſi eſſet , foret corpus inſtar plantæ.

67. Eſtque id ipſum calori corporis veluti principium & origo , tranſire faciens illud quod propellit per arteriam aortam.

68. Cerebrum unà cum ſpinali medulla ac nervis conſervat ignem cordis ne exæſtuet.

69. Ab illis procedit motus articulorum. Teſtes autem ſunt inſtrumentum propagationis , quod generatione ſuâ conſervat ſpecies : namque in exitio illius (conſiſtit) defectus (progeniei.)

70. Ca-

70. Caro, & adeps, ac ſpecies glandularum: namque hæ illis loca efluxus (receptacula) ſunt excrementorum; Et os, ac membrana, & ligamentum, quę ſuſtentacula corpori exiſtunt atque ſuccinctoria, ut figura & ſtatura compleatur: Hæc omnia radicibus famulantur.

71. Unguis in extremitatibus exiſtit pro adjumento: & capillus ob excrementa, aut propter ornamentum.

Quinta rerum naturalium ſunt SPIRITVS.

72. SPiritus dividitur in naturalem, ex vapore blando puroque (exiſtentem;)

73. Ac in eum qui in corde purificatus eſt, eſtque ille per quem vita ſuperſtes.

74. Ac in eum quem fert cerebrum, quod genus in plexu retiformi præparatur; at perficiunt ſpeciem ejus ventriculi: atque per eum ſenſus & intellectus exiſtunt.

75. Quilibet autem ſpiritus ſuas habet facultates, quas proprias nom habet ab eodem diverſus.

Sexta earundem, ſunt *FACVLTATES.*

Ac primò de Facultate Naturali.

76. SEptem facultates attribuuntur naturę, pro diverſitate modi ac ſpeciei.

77. Nimirum facultas alteratrix (generatrix) ſpermatis, quę præterea haud quicquam confert.

78. Et facultas quę efformat corpora quoad figuram, quantitatem, & numerum.

79. Et facultas attractrix, ac concoctrix, ut & facultas retentrix, & expultrix.

80. Nec non facultas quę partibus agglutinat quicquid corpori aſſimilatur ex nutrimento,

De Facultatibus Vitalibus.

81. FAcultates vitales duæ ſunt; & utri-

utriuſque actiones duplices.

82. Una earum effectrix pulſus
t, diſtenſione & conſtrictione arte-
arum ſuarum.

83. Ac ſoror ejus afficitur paſſione,
tione rei cujuſcunque quę producit
ctiones: Cujuſmodi eſt deſiderium
i ac faſtidium ejuſdem; aut animi
miſſio vel erectio.

De Facultatibus Animalibus.

84. NOvem facultates animales recenſentur, & quinque ea-
m ad ſenſitivas facultates ſpectant.

85. (Nempe) Auditus, Viſus,
doratus, Guſtus, & Tactus, qui
niverſalis eſt.

86. Et facultas quę ad muſculos
rtingit, quâ movet homo articulos.

87. Et facultas imaginativa re-
m, quę in ea veluti in ſpeculo
iſtunt.

88. Itemque facultas quâ exiſtit
tio; Et facultas quâ exiſtit memo-
.

Septiam

Septima earundem, ſuntque
FVNCTIONES.

89. OMnes functiones facultatum ſimiliter atque ipſę numerantur: ſunt enim earundem functiones.

90. Functio autem dicitur æquivocè: veluti attractio, alteratio, retentio; ac veluti deglutitio cibi, & appetitus. Namque attractio eſt functio facultatis ſimplex: at appetitus cibi duabus functionibus conſtat, ſenſu nimirum & attractione inter ſe compoſitis: Tractio verò & pulſio efficit deglutitionem, namque hæc functio conſtat ex utraque.

ΥΓΙΕΙΝΗ.

De rebus neceſſarijs: & primò DE AERE.

91. SOli dominum eſt ſuper aëra quod in Temporibus &

Aſpectri

ſpectibus apparet. Nec non in Cli-
atibus ipſe præeſt: ſed jam præceſſit
ommemorationis eorum finis.

De Aſtrorum impreſſione in Aëra, (ſpectatorum) unà cum Sole.

92. EXpanſum cœli in mutatione eſt pro aſpectu cujuſque ſi-
eris orientis & occidentis.

93. Quotieſcunque enim Sol ap-
opinquat aſtro flammeo, excutit ſu-
r aëra incendium: uſque dum, cùm
citur flammeum ſidus ab eo jam lon-
ùs diſtare, animadvertas aërem non-
hil refrigerari.

94. Cùm fuerint infauſta ſidera in
altationibus, judicabis de animali-
n pernitie.

95. Cùm verò fauſta ſidera ita ſe
beant, tum utique judicabis de om-
ſalute.

Mutatio Aëris pro ratione regionis.

96. QUo altiùs ſupra montes re-
gio exiſtit, eo frigidior

97. Si

97. Si verò vallis aliqua in profundo ſita ſit, temperiem ejus judicato eſſe calidam.

98. Quod ſi regio ſit verſùs Auſtrum, judicatur eſſe calida ſpiratione venti.

99. At ſi plaga meridionalis fuerint montes, judicatur conſtitutione frigida.

100. Eſtque denſa (aëre) ſi fuerit occidentalis; eſtque tenuis, ſi fuerit orientalis.

Mutatio aëris pro ratione Marium.

101. DE maribus contrario modo (fit) judicium, prout de hac re loquuntur viri docti.

Mutatio ejuſdem pro ratione Ventorum.

102. VEnti inducunt aëri differentiam, quemadmodum oritur ab aſpectu ſiderum.

103. Ad Meridionalem calor & humiditas ſpectat: hinc eſt quòd generer putredinem.

104. Eſtque frigus & ſiccitas in ſep-
entrionali: hinc fit quòd noceat per
uſſim.

105. At calor ineſt orientali cum
enuitate; frigus verò & craſſities in
ccidentali.

*Mutatio ejuſdem pro ratione vici-
nitatis Terræ & Aquarum.*

106. OMnis tractus cujus terra
madida eſt, cujuſque
mbitus ſunt junceta deſerta, & ſtag-
a quorum aquę dulces, utique tem-
eries ejus humida eſt.

107. Oritur autem ſiccitas in aëre,
vicina ejus ſunt rupes & aqua ſalſa.

*Mutatio ejuſdem pro ratione Ha-
bitaculorum.*

108. HAbitaculum valde patu-
lum, omnibus ventis de-
udatum eſt; Ejuſque frigus hyeme
multum eſt, calor verò æſtate copio-
s.

109. Habitaculo verò humili ac
bterraneo judicium huic contrarium
ecernito.

Mutatio

Mutatio ejuſdem pro ratione veſtimentorum.

110. CAlor ineſt ſerico & goſſy pio: frigus verò panno glabro, (ſeu rei detritę,) atque linteo

111. Calor item pilis ac lanę ineſt: verùm in ijs nonnihil quoque ineſt ſiccitatis.

Mutatio ejuſdem pro ratione ejus quod odore percipitur ex ſuaveolentibus & aromatis.

112. CUjuſque rei odoriferę & floris temperiem judicato eſſe calidam. Excipe tamen quinque quorum commonefies: (Sunt autem) Myrthus, Salix, Nymphæa, Roſ utriuſque coloris, & Viola: ea nam que frigida gratum odorem ſpirant. Calor aromatis quoque ineſt; & com poſitionibus odoratis è rebus quibuſ cunque; præter ſandalum & cam phoram.

Operatio

Operatio colorum in viſu.

113. UTiliſſimus oculis color eſt ejus quod nigricat, aut od eſt præditum viredine: at albus & vus, quoniam ſplendet, noxius; ſgregat enim oculorum lumen.

Secunda rerum neceſſariarum: quæ eſt CIBVS & POTVS.

114. SCito verum alimenti ſcopum eſſe, ut augeat accrene quicquid incremento aptum eſt: que illud omne, quod reſolutione à rpore abſumitur, immutet in (prihum) ſtatum.

115. Laudatur autem illud (alientum,) unde ſanguis exiſtit pu-, qui ex eodem generatur.

116. Veluti panis ſubtilis ex tenuio- tritici farina, & caro pullorum linaceorum: Ac velut ex oleribus iplex: atque hæc conveniunt rotis.

117. Eſt-

117. Eſtque (alimenti genus) quod ſubſtantiam auget, velut ſimil[illegible] go, & bimulus vervex delicatus: E[illegible] piſces vulgò dicti ſaxatiles, qui ali[illegible] mento ſunt labore fatigatis.

118. Aliud verò (alimentum) at[illegible] tenuat ex illaudatis, quemadmodum ſinapi, & cœpa, & allium: atqu[illegible] hæc generant bilem flavam; quand[illegible] que verò ſumuntur pro medicina.

119. Aliud generat melancholiam producitque in corporibus quibuſda[illegible] morbum: quemadmodum hirci ant[illegible] qui & vaccę; paniſque furfureus, [illegible] caſeus nocivus.

120. Aliud vertitur in ſanguine[illegible] phlegmaticum: ſicuti piſces viſcoſ[illegible] & genera lactis.

Judicia de Potibus aquæ & aliarum rerum.

121. AQuæ dulces fluviales co[illegible] ſervant humidum radica[illegible] Et deducunt fæces per ſeceſſum; [illegible] ſtribuuntque nutrimentum in venas.

122. Pr[illegible]

122. Præſtantiſſima earum eſt pura
uvialis, neque enim huic permiſce-
r quicquam noxij.

123. Econtrà ſe habet, quæ à na-
rali conſtitutione receſſit: Ac de
a quidem judicium (ſe habet,) prout
dicium de eo quod illi admiſcetur.

124. Potus autem omnis ex ijs
iæ corpus nutriunt, eſt vel vinum,
el factitius potus vinoſus, vel lac.

125. Eſt & quandoque ex ijs quæ
onvertunt corpus ad ſui naturam; ſi-
it oxymel, dum præſtat adjumen-
m.

Tertia rerum neceſſariarum eſt Somnus & Vigilia.

126. SOmnus eſt ceſſatio (qui-
es) facultatum animalium
motibus, & facultatum ſenſitivarum.

127. Calefacit interiora corporis,
nde convenientem efficit digeſtionem
bi.

128. Quòd ſi nimiùm producatur
mnus, replet ventriculos capitis hu-

moribus: Humectat corpora, eaque enervat; & exſtinguit calorem ipſa vivificantem.

129. Vigilia verò, quę ſit ſecundùm juſtam menſuram commovet ſenſus ad agilitatem, & excitat facultatem ad operationes, mundatque corpus à ſuperfluitatibus.

130. Quòd ſi protrahatur vigilia oritur ἀγρυπνία, quę generat animi anguſtiam aut conturbationem: diſſolvitque ſpiritus & corpora, ac deſtruit habitum ac colorem: oculos profundos reddit, læditque digeſtionem; irritamque facit meditationem, ac infert noxam corpori.

Quarta rerum neceſſariarum eſt

MOTUS & QUIES.

131. EXercitiorum quædam moderata ſunt, atque tali oportet imitari.

132. Id enim corpus temperatum reddit, & expellit fæces ac impuritates: Præparat corpus ad nutrimentum

n, & diſponit parvum ad augmen-
n.

133. Quod ſi verò modum exce-
, dicitur labor: qui evacuat ſpiri-
, inducitqne virium defectum:
citat calorem adventitium, & cor-
humiditate (naturali) exhau-
, debilitat nervos vehementiâ dolo-
, corpuſque ſeneſcere facit cùm
ndum advenit ſenectus.

134. Nec verò accidat tibi exceſſus
ctis: neque enim in exceſſu ejus
eſt utilitas. Quippe replet cor-
humore impuro; nec ullo modo
onit corpus ad nutrimentum.

Quinta earundem
eſt
XCRETIO & RETENTIO.

35. CORpus evacuatione opus habet è cerebro & reliquis
ibus.

36. Phlebotomia igitur & pharma-
(inſtituantur) tempore veris,
enim hominibus maximè con-
nt.

 137. Vo-

137. Vomitus inſtituitur æſtate: educiturque melancholia autumno.

138. Gargariſmatis utere & denti-friciis, ut purges dentes & palatum.

139. Excernito urinam; ſin minùs (oritur) hydrops: Ac educito men-ſtrua ne corrumpant corpus.

140. Lubricam reddito alvum rati-one colici doloris: namque alvi lubri-citate ab eo liberaberis.

141. Utere balneo propter ſordes; neque hac in re negligens eſto ut edu-cas ſuperfluitates per ſuperficiem cor-poris, ac mundes cutem ab acciden-ti-bus immunditiei.

142. Concede coïtum Iuvenibus ut eo ſalvi evadant à variis malis: N-verò commenda eum macris, neq; ſenibus ac debilibus.

143. Qui coïtum exercet è veſti-gio poſt cibum, eum utique diſpo-ad podagram alioſque dolores.

144, Multus coïtus debilitat cor-pora, eaque obnoxia reddit variis ge-neribus moleſtiarum.

Sexta earum ſunt
Animæ Pathemata.

145. IRa animi excitat calorem, & quandoque inducit corri noxam.

146. At vacuitas animi excitat fris: & forſan quandoque modum exlit ita ut damnum inferat.

147. Copioſum gaudium incrento auget corpus: hinc quandoque cet copiâ pinguedinis.

148. Mœror damnum minatur mannto; conducit autem illi qui indi: extenuatione.

PATHOLOGIA
ſeu
Res Præternaturales,
Ac primò de
Ægritudinibus & Morbis.

narratio morborum exiſtentium in partibus ſimilaribus.

49. REperiuntur morbi in membris ſimilarium partium ex

abundantia caloris materiâ carentiss
quemadmodum febris hectica v
phthiſis.

150. Itemque morbus ex humo
cum calore: quemadmodum febris e
putredine.

151. Nec non morbus frigidus, c
nulla materia adeſt; quemadmodu
congelatio à glacie aut frigore.

152. Et frigidus cum humore ju
ctus, ſicut paralyſis in qua phlegm
abundans eſt.

153. Talis quoque eſt humidus ſi
ſuperfluitate: ſicut habitus corpo
quum apparet laxus ac mollis.

154. Et morbus humidus cum h
moribus corporis: velut repletio ve
tris in hydrope.

155. Itemque morbus ſiccus
quo materia eſt ex ſuperfluitate
ſicut cancer & ganglion.

156. Et ſiccus ſine humore in co
poribus, ſicut convulſio ab inani
one.

De me

De morbis Partium Organicarum.

157. INveniuntur morbi in inſtrumentis, cùm acciderit in onformatione læſio.

158 Si quid nimis auctum fuerit, elut caput vertice magnum; aut diinutum, velut ventriculus parvus.

159. Vel ſi ratione figuræ error ommiſſus fuerit, ut ſi videas figuram pitis quadratam (inſtar canthari.)

160. Similiter ſi in concavitate ciderit morbus: ut ſi cavitas pedis pleatur carne.

161. Itemque, ſi meatui quicquam cidat: ut obſtructio in renibus à callo.

162. Sique læve fuerit quod indiget eritate: veluti ventriculus nimiâ miditate ſcatens.

163 Aut ſi aſperum ſit quod opus bet lævitate: ſicuti guttur cum eva- ſiccum.

164. Vel ſi egrediatur numerus à tura: veluti ſex aut quatuor digiti.

165. Quandoque etiam uniuntur duo digiti: & quandoque maxillæ diſ-junguntur.

De ſolutione continui.

166. SEd reperitur ſolutio conti-nui in partibus compoſitis vel ſimplicibus: (diſſimilaribus vel ſi-milaribus.)

167. In compoſita quidem, velut diſſolutio lacerti, ac velut inciſio pe-dis vel manus.

168. In ſimplici verò, ut in oſſe diciturque fractura; in membrana & venis, ruptura.

169. Et quod diviſum eſt ſecun-dùm longitudinem vel latitudinem in nervis, quemadmodum ſiſſura & conquaſſatio.

170. Itemque laceratio in ligamen-to aut in tendine, velut diſruptio ejus aut amputatio.

171. Quod autem carni obtingit dicitur vulnus; ſique duret diutius ſit ulcus.

172. Quod accidit muſculo dicitur ntuſio ; & quod apparet in cute , coriatio vocatur.

Secunda rerum præternaturalium, quæ ſunt Cauſæ Morborum.

173. CAuſæ dividuntur in evidentes, quæ nimirum ſurficiei corporis accidunt : veluti ig-s, aut nix , aut ictus, aut diſruptio tidens ab impetu,

174. Inter cauſas etiam eſt quæ nonatur conjuncta , eſtque ea per am ſpecies (morborum) diſtinctæ nt : Veluti putredo; cum qua , m durat , utique febris putrida ſiul durationem ſortitur.

175. Inter cauſas item eſt quæ noinatur antecedens , omni repleto rpori congruens.

Cauſæ influxus materiæ.

176. SUmma cauſarum quæ corrumpunt temperamentum fluxu (materiæ,)

Virtus expellentis, & debilitas recipientis, ac multitudo humoris noxij fluentis; latitudo meatuum, & debilitas nutricis facultatis. Atque hæc quidem ſumma eſt ſufficiens: tum quicquid vides immutare qualitatem in corporis ſubſtantia ad contrarium.

Cauſæ morbi calidi.

177. QUicquid producit in corpore calorem, facit illi evenire id quod evenit,

178. Potentiâ (quid) calidum eſt, (ut) uſus allij; & calidum actu, æſtus aëris.

179. Itemque motiones animi, velut ira; & motiones corporis, velut labor.

180. Nec non putredo, & paucitas cibi; Et quicquid conſtringit cutem, velut aër.

Cauſæ morbi frigidi.

181. QUicquid generat in corpore frigus, quandoque ſolvitur ab eo unitas. 182. Fri-

182. Frigidum potentiâ, uſus hyoyami; & frigidum actu, veluti x.

183. Itemque fames, cum abſumir pabulum ſpirituum, modo cunmptionis olei in lampade.

184. Et ſatietas vehemens ac freiens: namque hæc ſuffocat calom.

185. Motuſque difficiles & diuturni acuant ſpiritum ac refrigerant coris.

186. Otium quoque refrigerat iiete, quemadmodum flamma exnguitur fumo.

187. Et vehemens ac difficilis conpatio, cohibet ignem corporis nec exſtinguatur.

188. Refrigeratur quoque corpus im rarum eſt, in quo calor ita diſpotur ut diſſolvatur.

Cauſæ morborum humidorum.

189. QUæ producunt humiditatem, numero quinque ſcripta recenſentur.

190. Actu humectat aqua calida dulcis, quæ copioſè ſuperfunditur,

191. Potentiâ humectat uſus lactis, & piſcis aquæ dulcis, atque ſerum lactis: Nec non quies corporis, & nimia ſatietas, & retentio humorum in corpore collectorum.

Cauſæ morborum ſiccorum.

192. QUæ verò generant ſiccitatem quinque ſunt, tum intellectu tum ſenſu perceptibilia.

193. Namque ſiccum eſt vel actu, ut ventus ſeptentionales; vel potentiâ ſiccum, ut uſus ſinapi: Itemque fames, donec pereat humiditas, & motus omnes vehementes.

194. Oriturque ſiccitas per diſſolutionem, velut quæ oritur à pùrgatione.

Cauſæ morborum in partibus organicis.

195. CAuſa magnitudinis in partibus eſt facultatis formatricis robur, ac nutrimentum.

196. Cau-

196. Cauſæ quæ in ijſdem produ-unt parvitatem, contrarię ſunt pro-ucentibus in ijs magnitudinem.

197. Cauſæ vitiantes figuram, ſunt n numero reſpondente (ſequenti us:)

198. Vt cauſa aliqua nocens in ute-o, aut ſi non ſatis ſubmittatur ſe-nen.

199. Aut ſi fœtus malè ſe habeat in xitu, oritur pravitas figurę propter ncurvationem.

200. Aut ſi nutrix noceat involven-o facijs, aut elevando, aut quieti eponendo: aut ſi fortè cibum nimi-m obtulerit, aut fortè læſerit oſſa.

201. Aut ſi cadat puer ob debilita-em quando linquitur, frangatque ca-us contignationem femoris: aut con-undatur naſus, ut accidat illi ſimitas, eque reſtituat medicina id quod in-urvatum fuit.

202. Aut ſi moverit is, cui patien-a minor eſt, os fractum, antequam onſummata fuit ejus reſtitutio in inte-rum.

 203. Item-

203. Itemque multitudo humoris, ut in lepra; & paucitas, ut in phthiſi diu durante.

204. Aut diſtorſio ex laxitate nervi, aut velut ſpaſmus inclinans collum.

205. Nec non veſtigium apoſtematum & ulcerum vitiat figuram in ſuperficie.

Cauſæ obſtructionis meatuum.

206. (QUod attinet) genus eorum quæ meatus obſtruunt, exercui in collectione eorumdem meditationem meam.

207. (Sunt autem,) Robur retentricis, & debilitas expultricis facultatis: & frigus quandoque ijs dominatur conſtrictione.

208. Itemque ſiccitas, cùm vehementer eos (meatus) comprimit, & ligatura quando jungit eos per compreſſionem.

209. Apoſtema quoque comprimit: & contorſio; ac coarctat itidem medicamentum aſtringens.

210. Nec non excreſcentia carnis in lceribus, ac verrucæ & clavi: & caro augeatur prȩter convenientem moum.

211. Tumor item, ac materia quæis, & ſanguis, ut & lac coagulaım, & aqua.

212. Nec non lumbrici lati ac loni, & calculus; Aut excrementa du, & flatus.

Cauſæ apertionis meatuum.

213. APertiones quæ meatibus obveniunt, (ſunt) à fortudine expultricis, & debilitate retenıcis (facultatis.)

214. Omnis autem apertio quæ à ibus medicinalibus (oritur,) à calis & humidis eſt neceſſariò.

Cauſæ morborum numeri.

215. QUicquid nos auget numero, eſt multitudo materiæ: uæ ſi fuerit bona, oritur (naturale uid, ut) digitus; ſi verò improba, (præ-

(prǣternaturale quid , ut) ranula.

216 Quicquid deficere nos efficit in numero, eſt ei quod commemoravimus contrarium.

Cauſæ aſperitatis & lævitatis.

217. CAuſa generans aſperitatem, eſt quæ lævitatem aufert: veluti humor (acris vel ſalſus,) & fumus; & pulvis; atque auſteritas cibi ac medicamentorum.

218. Cauſa verò aſperitatem leniens, eſt viſcoſitas humoris & res quævis unctuoſa.

Cauſæ conjunctionis & disjunctionis.

219. QUorumcunque naturǣ convenit, loco disjuncta eſſe, ea ſi conjungantur, utique (fit hoc) conſolidatione ulceris inconvenienti, quamdiu cernis in parte quod non optas.

220. (Huc pertinent cauſæ) fortitudo facultatis alteratricis, ac debilitas facultatis formatricis.

Cauſ-

Cauſæ morborum poſitionis & ſitus.

221. CAuſa ſitum mutans, veluti vulnus, & contuſio, & ciſio; Et ſi quod naturâ conjunctum e debet in ſitu, diſjungatur, id amvis ſit ex morbis poſitionis, atre ex numero morborum in partibus ganicis; eſt tamen de ſolutione connui, cujus quidem hæ ſunt numero uſæ.

Cauſæ ſolutionis continui.

222. HUmor cui vis ineſt adurens; aut putredo depans vel dilacerans.

223. Aut pondus conquaſſans vel vellens; aut viſcoſitas relaxans id od movet.

224. Aut impetus lanians vel diſmpens, aut lapis confringens vel nuens.

225. Aut medicina exedens, comrens; aut ferrum inciſorium didens.

226. Fla-

226. Flatus quoque ſolvit diſtenſio-ne; & ignis quod efficit in cute.

Tertia Rerum Prȩternaturalium, ſuntque SYMPTOMATA.

227. INveniuntur Symptomata in functionibus; & in qualitatibus quæ corpus per vices invadunt; nec non in ijs quæ excernuntur, veluti in fæcibus, ſudore, & urinis.

228. In actione autem, quatenus reſpicit integriratem, læſio triplex in-eſt: Debilitas, fruſtratio, & depravatio: Cuique autem læſioni explicatio dabitur,

229. Debilitas quidem in functione, veluti debilitas intuitus; qui ſi fruſtretur, eſt abolitio viſus.

230. Læſio functionis depravata eſt, quâ cernitur id quod reverà non cernitur.

231. Atque ad hunc modum judica de ſimilibus ſymptomatis, quæ in functionibus contingunt.

Sympto-

ymptomata quæ deſumuntur à diſpoſitionibus corporis.

232. Eſt & ſymptoma quod deſu-
nitur à qualitatibus quæ nonnunquam
orporibus accidunt.

223. Tale eſt quod percipit ſenſus
iſus, veluti icterus, & inflatio ma-
ifeſta.

234. Nec non quod auribus perci-
ere potes, ut rugitus ventris in hy-
rope.

235. Itemque quod percipitur odo-
atu quando olet, veluti cùm in ulce-
bus oritur putredo.

236. Tale quoque eſt quod ex gu-
tu deprehendis, ut ſi cui accidat ace-
bſitas in ore.

237. Nec non quod deprehendis ta-
tu, velut cancer durus ubi palpatur.

ymptomata quæ deſumuntur ab eo quod è corpore excernitur.

238. SYmptoma deſumptum ab
eo quod excernitur, quin-
que ſenſibus

ſenſibus etiam obſervatur.

239. Ut urina ſi rubra fuerit vel nigra; & ſputum ſi ſanguineum aut ſpumoſum.

240. Tale quoque eſt quod ſolutione exit, ut flatus, ſternutatio, & ſingultus.

241. Et vomitus, quo nonnunquam percipitur quid acetoſum, aut amarum, aut ſtipticum.

242. Et urina, cùm percipitur fætida, indicat ulcus eſſe in veſica.

243. Atque ſudor, ſi ſentiatur, cùm exit, frigidus aut calidus, tenuis ac viſcoſus.

244. Atque hæc ſunt ſymptomata in ægris: at morborum eorundem nobis ſigna exiſtunt.

245. Dixi autem de ijs ſummatim: nunc verò ſingula in ſpecie commemoremus.

ΣΗΜΕΙΩ-

ΣΗΜΙΩΤΙΚΗ

ſeu

Doctrina de Signis.

246. OMne ſignum, ut refe-
ram, eſt vel commemo-
ativum (ἀναμνηστικὸν,) vel præſens,
διαγνωστικὸν,) vel prognoſticon.

247. Equidem, quod memoriam
obis excitat rei quę præceſſit, veluti
umiditas, (ſignum eſt) ſudoris finiti:
us quidem nulla eſt neceſſitas, nec
ſt in eo fundamentum nobis quo nita-
aur.

248, Quod verò ſignificat id quod
ræſens eſt, ſignificat nobis etiam id
uod exſpectandum eſt: quarę ne-
eſſitas illius, ſumma eſt; & Medici-
a noſtra eodem eſt ſuffulta.

249. Hujus quidem aliud univerſa-
e eſt ſignificatione, aliud verò certis
iſpoſitionibus proprium.

250. Quod autem proprium eſt
oſtea commemorabo, in Praxi Medi-
inę, quando illam delineabo.

De ſignis

De Signis Diagnoſticis univerſalibus.

251. QUicquid univerſale eſt ex ſignis, idipſum eſt (ſumitur,) à membris principalibus: velut à jecore, & cerebro, aut corde: namque hæc ſecundùm veritatem denunciant.

Significatio deſumpta à functionibus Cerebri.

252. CUm mens rectè ſe habet in imaginatione ſua, & cogitatione (ratiocinatione,) cúmque ſana eſt in ſua recordatione; cúmque motus corporis ac ſenſuum ſunt integri; ſignificat hoc ſanitatem in capite.

253. Cùm verò hiſce ſumptomata accidunt, utique in cerebro reſident morbi.

Significatio deſumpta à functionibus Cordis.

254. CUm rectè conſtitutum eſt cor in pulſu ſuo, tunc utique diſpoſitio ſalva eſt.

255.

255. Cùm verò pulſus à conſuetudi- naturę ſuæ recedit, indicat ma- n.

256. Indicat autem pro diverſitate ſuum varias ſpecies ægritudinum ac rborum.

enera Pulſuum: quorum primum eſt à quantitate diſtenſionis.

257. GEnera eorum, ſi numero recenſeas, decem ſunt: t) non numeravit ea (quisquam,) a memoriam, niſi admodùm pe-.

258. Primum (genus) eſt in quan- te diſtenſionis, quod ſignificat for- dinem ac proſperitatem.

259. Magnus quidem eſt, cujus ter- i ſe diffundunt, ac ejus quantitas ificat illius robur.

260. Parvus verò illi robore con- us eſt: Ex hoc quidem genere pulſus longus & brevis:

261. Ex eodem anguſtus eſt & la- ; & ex eodem altus atque humi-

Genus

Genus à tempore motus.

262. GEnus quod reſpicit tem pus motus, ſpecie divi ſum eſt.

163. Pulſus celer, ſi amplitudine habeat, ſignificat robur & calorem.

164. Pulſus tardus, ſi contracti fit, ſignificat debilitatem cum frig ditate.

Genus à quantitate quietis.

265. GEnus à quantitate temp ris quietis dividitur in ſp cies poſſibiles.

266. Frequens, cui nulla requi eſt, ſignificat debilitatem facultatu & calorem.

267. At cui vitium in contrariu eſt, ſignificat laxitatem & frigus.

Genus à quantitate facultatum.

268. GEnus quantitatis facul tum diſtributum eſt in fo tem, cujus ictus magnus; & in cont riu

…arium, debilem, cujus ictus profun-
…us & mollis.

Genus à conſiſtentia corporis arteriæ.

269. E Genere corporis arteriæ, dum exploratur (pulſus) …ius durus eſt, ſiccitatem denuncians; …ius humidus mollis in ſui exploratio-…e, denotat humiditatem tactu perce-…ibilem.

Genus à qualitate corporis arteriæ.

270. GEnus in qualitate corporis arteriæ ſignificat tempera-…entum in comparatione. Namque …gidus (pulſus) denunciat nobis fri-…us, & calidus denunciat nobis con-…arium.

Genus ab eo quod arteria continet.

271. GEnus ab eo quo impletur arteria, fert de ipſis hu-…oribus indicium: Plenus incidat a-…ndantiam, vacuus paucitatem hu-…orum.

Genus à tempore motuum & quietum.

272. QUietibus ac motibus genus quoddam (tribuitur,) cujus ſpecies detegit ipſa per tactum exploratio.

273. Ejus autem ſpecies quædam eſt, rythmo conſtans, conveniens pulſui ætatis, tempeſtatum anni, ac regionis, qui conſueto modo ſe habet.

274. Ex hoc quoque genere eſt pulſus rythmo carens, contrarius ei cujus ſpeciem commemoravi.

Genus à proprietate multitudinis.

275. GEnus quoddam eſt quod uniformiter ſe habet in pulſu, (ὁμαλὸς;) aut quod ſe habet diverſimodè, (ἀνώμαλ☉..) Quatenus procedit firmâ habitudine, ſe habens uniuſmodi; vel quà per claudicationes procedit, differenter ſe habens.

Genus à numero pulſuum arteriæ.

276. Ge-

276. GEnus à numero pulſuum arteriæ habet aliquot di-verſitates.

277. Differens (inæqualis) in plu-ribus pulſibus duas in diviſione habet ſpecies.

278. (Suntque) Ordinatus in diffe-rentia (ſeu inæqualitate;) & ordine carens, quem haudquaquam anima producit.

279. Ex ordinatis alius reciproca-tur, eſtque ille quem ſermone noſtro explicamus: (Nimirum,) pulſat quo-cunque modo pulſat, dein revertitur ad eum modum quo antea pulſavit.

280. Alius verò eſt quem periodi non ſequuntur: è cujus numero eſt qui myurus appellatur.

281. Eſt & aliud genus cujus diffe-rentia (inæqualitas,) eſt in uno pulſu, ſi quatuor digitos illi applicueris: At-que ex eo eſt cujus ſit determinata ra-tio, & quæ determinata non ſit: dice-mus autem de eo qui eſt certo nomine inſignitus.

282. Ex hoc genere eſt intercifus ac reverſivus, eſtque demiſſus vel ſublatus.

283. Et qui habet in pulſu uno duos ictus, nec non qui plures ictibus duobus.

284. Similiter vermicularis & ſerratus, velut & formicans & undoſus.

285. Nec non qui dicitur tremulus (vibratus,) & qui deſignatur nomine phthiſici (ſeu hectici.)

286. Sub unoquoque autem ſunt duæ ſpecies, quæ quidem binæ quævis inter ſe contrariæ: Inter quam utramque una eſt mediocris, loco inter utramque medio conſtituta. Excipiuntur ſpecies diverſitatis (inæqualitatis:) eæ namque ſunt extremæ, neque habent in diverſitate medium.

287. Cognoſcitur autem pulſus per pulſum mediocrem, cùm conſtet à qua parte ſit mediocritas.

288. Omnis autem pulſus à convenienti recedens, comparatur ad temperamentum ſubjecti ſui.

De pulſu ætatum, & anni temporum, regionum, temperamenti, habitudinis corporis, virorum ac fœminarum.

289. SCito varias eſſe pulſus differentias in ætatibus, & anni temporibus, ac regionibus; nec non in temperamento hominum & habitudinibus; itemque in viris ac mulieribus.

290. In calore eſt celeritas ad magnitudinem (vergens,) & ſimiliter in ætate juvenili atque in viris: nec non in regione auſtrali, & in macilento; itemque in muliere prægnante, ac æſtate.

291. In frigore autem eſt parvitas & tarditas; velut & in ſenibus & hyeme; ſimiliter in fœminis, pinguibus & mollibus; ſimiliterque in regione ſeptentrionali.

292. Omnis autem ſicci pulſus durus eſt; at omnis mollis pulſus humidus.

293. Omni autem pulſui temperiei

æqualis ſimilis eſt pulſus conſummati Veris: Et ex Climatibus orbis quartum eandem temperiem imitatur.

294. Pulſus pueri celer & mollis eſt; at pulſus ſenis eſt tardus ac durus.

295. Omnis autem corporis humore referti pulſus valde plenus eſt.

296. At corporis cujuſque materiâ vacui pulſus vacuus eſt, vehementiâ præditus.

Significatio deſumpta à SPUTO.

297. PEctus & pulmo ſunt inſtrumenta reſpirationis, quæ ſi ſana ſint vita conſervatur.

298. Cùm verò deficiunt à mediocritate operationum ſuarum, utique ignitur ita cor ex incendio ſui.

299. Quoties morbus aliquis invadit pectus, ſputum equidem ſignum ejus, ipſumque ſymptoma eſt.

300. Cùm nullum eſt ſputum, id quidem initium (eſt,) namque concoctionis diſpoſitio in eo nondum cæpit.

301. Sique fuerit tenue, paucum, debilitatem concoctionis ſignificat.

302. At ſi fuerit moderatum in tali (habitudine) denunciat tibi medium augmenti.

303. Cùm verò multum ſit ac craſſum, utique idipſum de ſtatu jam pronunciat.

304. Tenuitas quoque ſputi ſignum eſt, quod humor illius ægritudinis tenuis ſit, quodque citò exiccetur (ſeu digeſtione abſumatur;) Sputum verò ſi craſſum ſit, utique contrarium ſignificat.

305. Sputum colore nigrum ſignificat vehementiam aduſtionis.

306. At ſputum colore viride, ſignificat bilem porraceam.

307. Quod autem habet citrinitatem claram, ſignificat bilem vitellinam.

3◦8. Album verò ſputum ſignum eſt ſanguinis.

309. Si in ſputo cujuſquam fætor ineſt, utique is indicat putredinem.

310. Omne autem ſputum fætore carens, (indicat,) non eſſe id quod eſt in pectore, putredine infectum.

311. Quod ſi videas ad rotunditatem vergere figuram ejus, ac fuerit febris cum iſta ægritudine (conjuncta,) judicato ex his ſignis quòd inciderit perſona in pleuritidem. Si verò non caleat æger, utique jam vicina eſt phthiſis.

312. Cùm ſputum ſignificat abſolutam concoctionem, provenit ſine tuſſi; (idemque) album, craſſitiem habens, cohærens, ac fætore carens exit.

Significatio deſumpta à functionibus Hepatis.

313. ORigo humorum ipſum hepar eſt, ab eoque humor in corpus derivatur; Ac quælibet pars per ipſum creſcit; hæcque illius functio eſt quæ illi propria eſt.

314. A vapore ejus oritur ſpiritus, quo ſuperſtite corpus ſanum eſt: Cùm ergo

ergo bene habet humor, utique jam bene habet corpus; humor autem propè conſtitutus eſt, cùm bene habet hepar.

315. Aqua quidem defert nutrimentum ad ipſum; & omnem humorem in eo dominantem deducit aqua ad exitum, ipſa enim cum humore eſt commiſta.

316. Aqua etiam tale quid eſt quod fert colores, omneque id quod profeſum manifeſtat.

317. Ac patet equidem ex omnibus quæ dicam, & atteſtatur ejus veritatem intellectus; Quod (nempe) in urina ſignum ſit, annuncians de eo quod conturbat ægrum.

De URINA, *& primo quoad Colorem.*

318. COlore alba ex notis eſt multi potus & cibi, aut cruditatis in ventriculo, aut phlegmatis, aut frigoris, aut diabetis, aut obſtructionis hepatis.

319. Cùm urina tibi provenit citrina, indicat nonnihil bilis flavæ: eademque cùm eſt ignei coloris, utique bilis flava copioſa eſt.

320. (Si ſit) colore pellucido rubicunda, bilis flava in ea (ineſt,) copioſior.

321. Colore rubicunda ſatura (quæ eſt,) ni ſit à ſumpto croco; nec fuerit (ejus cauſa) cyprus; nec (adfuerit) colica paſſio: utique talis ſanguini permixta eſt.

322. Si proveniat nigra poſt livorem, indicat vehementem refrigerationem; ſi verò proveniat poſt ingentem rubedinem, indicat perniciem aduſtionis humorum.

323. Judica autem de morbo per colorem urinæ; niſi fuerit à cibo tinctura prædito: veluti oleribus, caſſiæ fiſtula, & re quacunque tingente, veluti à garo.

De conſiſtentia Vrinæ.

324. TEnuitas urinę in conſiſtentia, ſignificat, digeſtionis paucitatem.

325. Eſ

325. Eſt quoque tenuis urina poſt ventriculi cruditatem, & obſtructionem hepatis; vel à tumore.

326. Craſſities autem urinæ ſignum eſt digeſtionis; vel (oritur) à multo phlegmate in corpore.

De Craſſamento, ſeu *Hypoſtaſi*.

327. Cùm apparet craſſamentum album, morbi ſecuritatem indicat.

328. At cùm apparet color ejus flavus, id utique ab acrimonia eſt bilis.

329. Cùm verò apparet rubrum instar ſanguinis draconis, id oritur ob malam concoctionem morbi ſanguinei.

330. Et ſiquidem protrahatur ea res nec deſinat, utique (exiſtit) à jecore affecto tumore.

331. Cùm apparet nigricans, poſt intenſam rubedinem, præſertim cum laſu virtutis, ſubſidatque poſtquam ſtiterit in alto, utique ſpiritus jam pertigit ad extremum, neque ullum

auxilium eſt in oratione præſtigiatoris ; oriturque mors à vehementia aduſtionis.

332. At cùm apparet nigricans poſt livorem, neque fuerit in morbo acuto, præſertim ſi colorem lividum comitetur ſignum aliquod laudabile, ſitque radix morbi à melancholia, ſignificat morbi ſolutionem.

De loco Craſſamenti.

333. Cùm apparet ſupernatans in vitro nubes, indicat cruditatem: attamen in ea nonnihil (ineſt) concoctionis, quam impedit flatus, commovens humorem ejus, eumque in altum evehens.

334. Cùm verò apparet in medio ejus ſuſpenſa, ſcito quòd flatus ejus ſit paucus.

335. At cùm apparet album (craſſamentum,) divergens à flavedine, lene, cohærens, demittens ſe continuo deſcenſu, ſcito quòd concoctio perfecta ſit.

De com-

De conſiſtentia Craſſamenti.

336. Cùm apparet craſſamentum divulſum, indicat debilitatem naturæ.

337. Aut ſi fuerit in eo quid ſimile polentæ pollini, ſignificat raſuram venarum.

338. Aut ſi quid fuerit inſtar furfuris cum fætore, denotat ulcera veſicę.

339. Aut ſi quid fuerit in eo ſimile ſquammis, indicat dilacerationem & aduſtionem.

340. Quòd ſi appareat ſanies in vaſe urinali, ſignificat tumoris ſuppurati apertionem.

341. Si verò diutiùs duret cum ſanguine putrefacto, apoſtema illic eſt phlegmonodes.

342. Cùm quid ſubſidet inſtar ſeminis genitalis, à phlegmate (eſt,) exiſtente craſſo ac crudo.

343. At ſi appareat arena in eo ſeparata (ſeu impermixta,), ſcito eam adeſſe à calculo.

De odore Vrinæ.

344. DEfectus odoris eſt ob defectum concoctionis, aut propter digeſtionem cibi crudi.

345. Quicquid excedit putredine, id utique eo ipſo excedit fætore.

346. Quòd ſi autem fuerit alienus fætor, ſcito morbum eſſe in veſica.

347. Atque ita commemoravi genera ſimplicia urinę: inſtitue autem compoſitionem earum ex jam dictis.

Significatio deſumpta à FAECIBUS, & primùm in quantitate.

348. FÆces nonnunquam indicia præbent ventriculi, nonnunquam inteſtinorum & hepatis.

349. Cùm pauciores ſunt, id accidit quòd nutrimenti copioſa exiſtat tranſmutatio in partes corporis.

350. Aut ſi non (ſit hæc cauſa,) utique expulſio earum exigua eſt, & attractio ob morbum quemcunque multa: quæ annunciat quòd corpus

morbidum

morbidum repletum ſit pravitate humorum.

351. Quòd ſi appareant abundantes, utique nutrimentum non præbet corpori incrementum.

352. Aut ſi non (hæc cauſa ſit,) utique attractio in eo exigua eſt, & expulſio in eo multa, à quacunque ægritudine.

353. Quòd ſi appareant albæ, obſtructio eſt in meatu bilario vel glandula: tumque icterus quoad ſenſum atteſtatur, & flavedo urinæ huic generi accidit.

354. Aut ſi non (ea cauſa ſit,) utique corpus in culpa eſt, vitiatum à phlegmate, aut à temperamento frigido.

355. Quòd ſi appareant rubræ, aut inſtar ignis, indicant exceſſum bilis flavæ.

356. Aut ſi fuerint inſtar porri vel æruginis, ſignificant pravitatem & morbum accreſcentem.

357. Quod ſi appareant nigræ, utique

que frigiditas in corpore à validà cauſa vehemens (ineſt.)

358. Sique id contigerit in morbo acuto, ſignificat mortem tempore propinquam.

359. Quòd ſi illis adſit quandoque durities, ſignificat robur facultatis attractricis; aut eſt à colore flagrante, vel à cibo naturæ aſtringentis.

360. Quòd ſi appareant tenues, humidæ, utique corporis attractrix facultas haud multa eſt; Aut à frigore vitiata eſt corporis conſtitutio; aut eſt à cibo alvum moventis naturæ.

361. Quòd ſi appareant tardi exitus, utique à cibo difficilis oritur inteſtinis digeſtio: vel eſt ab expulſionis paucitate; vel à frigore; vel ab inteſtinis per obſtructionem cohibentibus.

362. Quòd ſi appareant celeris egreſſus, utique de cibi natura eſt lubricitatio non commoratio; vel (contingit) ab humiditatibus humorum fortiter eò impulſorum; vel venæ meſa-

icæ non attrahunt; vel inteſtinis amnum aliquod obtigit; veluti ulcus, it mala digeſtio, aut ſpecies aliqua orbi.

363. Quòd ſi appareant exire cum nitu, ſignificat id multitudinem flaum.

364. Quòd ſi appareant cum ſanie inmixtæ, ſignificat id apoſtemata in teſtinis craſſis.

365. Quòd ſi appareat ſanguis in itu, ſignificat ulcera (inteſtinorum) excoriationem.

366. Quòd ſi copioſum habeant fæ-em, ſignificat vehementem putre-nem.

367. Quòd ſi quid fuerit ſuper eas ſtar olei, ſignificat liquefactionem guedinis corporis.

368. Quòd ſi fuerit odor earum a-oſus, utique phlegma acidum ſpirat ditatem.

Significatio deſumpta à SUDORE.

369. Su-

369. SUdor multus in morbis humidis, ſymptoma (eorum) eſt, denuncians naturæ robur: non ſimiliter ac id quod apparet cum auxilio (in criſibus.)

370. (Si fuerit) ſudor multus cum exceſſu, facultas ægri concidit. Namque ille (oritur) ex labore naturæ; ipſaque mors ejus celeriter appropinquat.

371. Sudor paucus in morbis, ſignificat obſtructionem pororum; & craſſitiem humorum; ac debilitatem facultatis expultricis; nec non paucitatem concoctionis, & lenitatem ventris.

De qualitate Sudoris.

372. SI ſudor appareat albus, ſignificat phlegma in morbis; ſi appareat flavus, bilem; ac ſi appareat niger melancholiam; Quòd ſi appareat ruber, id à ſanguine eſt: ac ſimiliter nobis indicium præbet ex ſapore.

373. Sudor tenuis à tenuitate humoris eſt

; eſt; ſpiſſus verò ab ejuſdem ſpiſſi-
dine.

374. Quòd ſi univerſalis ſit toti
rpori, id equidem melius eſt; at ſi
culiaris alicui loco, deterius.

375. Ipſeque ſi proveniat tempori-
s ſuis congruenter periodo vel criſi,
ique id ſignum eſt bonum ac laudabi-
; contrarij verò bonitas longè abeſt.

De SIGNO PROGNOSTICO *univerſali.*

376. DIviditur ſignum Prognoſti-
cum in id quod prædicat
orbum qui imminet ſano; & id quod
ænunciat (ſtatum) quò vergit æger
morbo ſuo.

377. Illud autem quod prænunciat
orbos, id utique ſignificat per acci-
ntia repletionem (futuram) & inani-
nem in cerebro reliquoque corpo-

378. Accidens autem prænuncians
pletionem, velut quies, ac multitu-
nutrimenti, item paucitas balnei &
exercitij;

exercitij, prænunciat ex repletion[e] morbos.

379. At ſignificationes hiſce contra[r]iæ, prænunciant nobis morbum e[x] defectu.

De REPLETIONE, & primùm de Repletione quoad Vires.

380. REpletioni in ſuo gener[e] ſpecies quædam eſt quoa[d] facultates animæ.

381. Si fuerit (repletio,) reſpect[u] alteratricis facultatis, haud eſt appeti[tus] cibi laudabilis; nec eſt in urin[is] concoctio manifeſta, eoque tempor[e] fæces alvinæ molles ſunt.

382. Aut ſi fuerit reſpectu facultat[is] motricis, vides difficilem eſſe illi mo[tum].

383. Aut ſi fuerit reſpectu facultat[is] puſificæ, obſervas quemvis pulſ[u]ictum languidum.

384. (Nimirum) Cùm gravatur de[bi]bilis facultas aliqua humoribus quos ſu[ſ]ſtinere nequit; premiturque ab oner[e]

levi

i, licet non fuerint repletæ cavita-
.

De Repletione quoad vaſa.

385. ALia verò (repletio eſt,) quoad vaſa, cùm quod re-
t ea copioſum eſt.

386. Hoc autem repletionis genus à ſanguine puro, aut bilioſo, aut uitoſo.

387. (Ubi) nonnunquam ita vali- ſunt facultates, ne cor gravent hu- res.

De Signis dominii Sanguinis.

388. SI dominetur ſanguis inter humores, utique ſomnus capitis dolor multi ſunt: Atque eſt) craſſities venarum ac rubedo: uandoque hebetantur cogitationes: vitas capitis (adeſt,) & debilitas ſus, itemque inertia, & in attactu ditas: Gravitas ſcapularum, & oſ- tio, quandoque etiam latera gravia t: Conſpiciturque hæmorragia na-

rium,

rium, & pandiculatio, ſolviturque al-
vus abſque vehementia: Oblectatio
vitæ (adeſt,) & jucunda ſomnia, in
quibus multitudo colorum (apparet,)
& hilaritas; Pruritus eſt in loco phle-
botomiæ, & rubedo oculorum non
conſueta: Carbunculi aut puſtulæ in
corpore (oriuntur,) & dulce quid in
ſomno commedere videtur: Aut ori
ſapor dulcis eſt, cùm priùs dulcia non
commederit: Aut ſi morbi oriantur
tempore veris, aut in juventute prima
novella; ſignificant nobis ægritudines
ſanguineas, quas videbis poſtquam ex
orſus fueris praxin.

De ſignis dominii Bilis flavæ.

389. SI dominetur bilis flava, cer
nis colorem cutis flavam
eſtque debilis appetitus cibi, cum ama
ritudine quæ deprehenditur in ore
Vellicatio ventriculi (adeſt,) & vomi
tus bilis, ac ſolvitur alvus inſuper à bi
le: Somni defectus (adeſt,) & pro
fundi ſunt oculi, (adeſtque) ſiccita

oc

ris atque linguæ: Urina in ordinaria abitudine citrina eſt; & ſyncope (ſubde accidit,) ac cutis inhorreſcit: (Inſtatque) animi anguſtia, & ſitis poſt junium; & apparitiones corruſcatioum in ſomno (contingunt:) pulſus nuitas (adeſt,) ac color in corpore: multitudo balnei aquæ calidæ (præſſit;) & labores qui ſubeuntur in reonibus auſtralibus ac juventute: emque ſi contingit eſus rerum acrin, præſertim tempore æſtatis.

De ſignis dominii Melancholiæ.

390. SI dominetur corpori bilis atra utique color cutis fuſis eſt: & cogitatio frequens, ac aptitus cibi, & acetoſitas percipitur in ſtu oris: Perverſitas animi (adeſt) cum ea frons corrugata ob mærom; pulſus in tarditate ſua durus eſt: onſtrictio ventriculi (adeſt,) & vitio nigra, metuſque, & vigilia abſe perturbatione: Urina alba eſt, teis, cruda; ſimiliterque in alvi fæcibus

bus concoctio nulla eſt: Cum nutrimento ſicco & meditatione intenta, metuque frequenti & mæſtitia: Cumque videtur occidi in ſomno; & quicquid exterrefacit ipſum per inſomnia Ætas ſenilis, (huc ſpectat,) & Autumnus; itemque regio ſeptentrionalis; au[illegible] conſtitutio macilenta.

De ſignis dominii Phlegmatis.

391. SI Phlegmaticus corporis humor dominetur, capitis gravitas (adeſt,) & longitudo ſomni[illegible] Inertia, paucitas appetitus, ac reple[illegible] tio quoad facultatem: Pigritia in im[illegible] ceſſu & itinere, (vergens) ad languo[illegible] rem præter conſuetudinem: & fluxu[illegible] ſalivæ atque intumeſcentia, & colo[illegible] ejus albus, deformis: Pulſus tardu[illegible] eſt, in quo lentor (ſeu pertinacia.[illegible] Urina turbida, craſſa, cruda. No[illegible] oritur ſitis; at ſi id contingat, u[illegible] phlegma ſalſum eſt, aut putreſcen[illegible] (Huc ſpectat) quicquid refrigera[illegible] bis humidis; & ætas ſenilis, atq[illegible]

tempu[illegible]

empus hyemale: (Et ſi quis fuerit) ine excrcitio, ac ſine balneo, ac forſſe modum exceſſerit in cibo: itemque regio humida à fluminibus; & (ſi quis) in ſomno ſomniat de maribus: Conqueritur de incubo in ſomno ſuo; ec laudabilem efficit chymum digeſtio jus: Cùmque vides adeſſe accidentia, eceſſitatem inferentia morbis, quæ am in ſtatu ſanitatis adhærent, utique ſto de ablatione eorum ſollicitus.

De SIGNIS PROGNOSTICIS *in morbo.*

392. Signum aliud prædicit mortem, aliud prænunciat ſanitatem: Atque ea quidem deſcriptione xponemus, namque ipſa præcedunt ognitionem.

393. Oſtendit Medico notitia eorum quis moriturus ſit; quare & à cura jus abſtinet:

344. Quemadmodum oſtendit notitia eorum, quis evaſurus ſit; unde & ipſum prænunciat ac notificat.

De ſignis temporum morbi.

395. PRincipium ejus (doctrinæ) eſt ſcientia de temporibus, ac malis (ſeu mutationibus) quæ in ijs apparent: itemque ſcientia de longitudine & brevitate, nec non difficili vel exiguo labore morbi; ut & judicium in tempore de criſi quę videtur futura.

396. Morbus quivis certa tempora habet, in quibus contingit mors & vita.

397. Suntque Principium, & Augmentum, & Status (ſeu Vigor,) poteſtque Mors ſupervenire his omnibus: Quartum verò appellatur Declinatio; non (contingit) mors in ea citra errorem.

328. Principium lædit functiones, ac debiles eas reddit ad omnia negotia: donec appareat concoctio excrementorum in ſputo, fæcibus alvi, atque urinis.

399. Tunc apparet Augmentum in longitudinibus paroxyſmorum febrium, & in functionibus. 400. Sta-

400. Status verò poſt hanc diſpoſi-ionem (ſequitur,) cùm animadvertis oncoctionem perfectam: Nec augen-ur ampliùs quoad paroxyſmos morbi; ed æqualiter ſe habent in ſua magnitu-line ſymptomata.

401. Incipitque (mox) diminui norbus, & quandoque judicatur per riſin.

402. Cùm autem videris hæc ſigna, nnunciato ægro ſalutem: Namque nors non accidit in declinatione, niſi ontigerit error in ægro; aut à mali-nitate aëris, velut à miaſmate, aut uavis noxa extrinſecus accidente.

403. Cognitio autem noſtra de ter-nino principij, utilis eſt in attenua-ione victus: medium namque atte-uationis (eſſe debet) in augmento, id nim auxilium (præſtat) ad ſalutem: lonec attigerit ſtatum, tumque proce-le in attenuando ad extremum.

De ſcientia longitudinis & bre-vitatis morbi.

404. Omnis morbus determinatur duratione: & brevis quidem dicitur acutus.

405. Perimit (ille) exiguo tempore, aut terminatur bonâ criſi: Eſtque celer concoctione & temporibus, difficilis, fallax conditione, periculoſus.

406. Cognoſces eum ex brevitate principii ipſius, quare conſtitue convenientem adminiſtrationem cibi.

407. Non copioſus ſit, gravans facultates ejus (ſcil: ægri;) neque paucus, quo privetur nutrimento; ut adeò concidat facultas in principio (morbi,) nec tranſire queat terminum ſtatus: ſed cibus ritè definitus ac quantitate dimenſus eſto, ſufficiens ut portio quę ſufficiat viatori.

408. Cúmque vides difficultatem ſignorum, ac diſcrimina morborum & dolorum; virtutemque vergentem ad caſum, ac intellectum deficientem & turbatum; quódque morbum ſuſtinere nequeant facultates, prædicito mortem ante ſtatum: eandemque cogno-

ſcito ex

ſcito ex pernitioſis ſymptomatis, & in morbis biloſis.

409. Morbus autem longus dicitur chronicus, qui non celeriter corpus diſſolvit; ſed perimit vel phthiſi vel he-cticâ, vel fluxu ſanguinis, vel macie: Aut curatur tempore longo, aut terminatur concoctione & reſolutione.

410. Cognoſces eum ex levitate ſymptomatum, & omni frigido morborum.

411. Non nutrias ægrum pauço cibo, ita ut labantur vires ejus.

412. Inter utrumque hunc morbus quidam medius eſt, cujus tempora neque brevia ſunt neque longa: Quare mediocritas cibi in tenuitate (ſervanda,) qui nec ſit validus, nec debilis.

De cognitione CRISIS.

413. SCito quòd definitio Criſis eſt mutatio celeris in inſtanti, quę oritur à difficultate ſymptomatum, & contentione facultatum animę, adverſús vehementiam morbi, ac termi-

terminatur ad mortem aut ad vitam hominis in exiguo temporis ſpatio.

414. Inter facultates & morbum earum mutuus vincendi conatus (exiſtit,) cum vehementia, ac ſi eſſet mutuum bellum; Si ſuperet facultas, utique criſis bona contingit ad vitam & ſalutem; aut ſi ſuperat morbus, pernicies hominem invadit atque mors.

De mutationis ſpeciebus.

415. MUtationum ſpecies ſex ſunt: in quibus tardatur negotium vel acceleratur.

416. Ex mutationibus morbi eſt (quę fit,) exiguo tempore, ad bonum & ad vitam: in qua id quod præcedit laudabile quid prænunciat, eſtque hæc criſis ſalutaris, bona.

417. Alia verò ſpecies mutationis velox eſt, finitur ad mortem & exitiale malum: arctatur in ea Medico via: atque criſis eſt mala, pernitioſa.

418. Tertia ſpecies mutationis tarda eſt, & curativa (morbi,) quę terminatur

natur ad ſtatum ſalutarem: non quidem per criſin, ſed per reſolutionem, quę procedens paulatim, paulatim (abſolvitur.)

419. Quarta tarda exiſtit in mutatione, quę deducit ægrum ad interitum: non per reſolutionem, ſed per hecticam, quę reſolvit facultates ægri.

420. Quinta mutationum ſpecies media eſt, eaque mala, violenta, ad mortem terminatur: At ſexta terminatur ad vitam in mediocritate temporum: Duę autem hę criſes vocantur compoſitę, ſuntque inter ſe contrarię.

421. Bona autem criſis eſt quę fit in ſtatu (morbi,) perfectâ exiſtente concoctione, cum facultatum robore.

422. Contraria illi eſt quę accidit in augmento, eſtque ea criſis bonitate carens.

De iis quorum cognito eſt neceſſaria in criſi.

423. TRia tibi (inſuper) cum criſi (jam perſpecta in genere,)

nere,) ſunt neceſſaria ex iis quę quid innuunt: Cognitio Prognoſticorum, & Dierum; nec non cognitio Signorum indicantium, quę docent nos quâ ſpecie (criſis) ſit futura terminatio, ſi determinetur criſis cujuſcunque morbi.

De ſignis futuræ Criſis.

424. CUjuſque criſis futurę prognoſticon (ſumitur) à vehementia ſymptomatum, quę commemorabo: veluti à conturbatione intellectus & ſenſuum; dolore aurium, aut capitis; fluxu lachrymarum, æſtuatione, & paucitate quietis; tumultuatione motuum, ac dormiendi impotentia, dolore in pectore aut collo; expergefactione prava à ſomno profundo, itemque oculis, in quibus motus (cernitur) & rubedo: nec non à dentibus in frendore & colliſione; atque à naſo in pruritu & fricatione: & labiis quandoque contractio (accidit,) & quandoque apparet eorum aliqua ſuctio: (Huc ſpectat) velocitas anhelitus; cum attractione

ctione frigidi aëris, ac tumultuatione (ſpiritus:) Celeritas pulſus cum frequentia; & tuſſis quę aſſimiletur gargariſmis; Palpitatio cordis continua, & ſyncope, ac conſurrectio è lecto & inceſſus; dolor gutturis & œſophagi; anxietudo, quę ſi duret pertinaciter, ſyncope; Itemque punctio in lateribus & coſtis, ac vehementia dolorum & cruciatuum; frequens dolor in ventriculo, aut querela de liene vel hepate: Dolor ventris vel in pube, ſimiliter in renibus & in veſica; velut & ſi oriatur vehemens dolor in ano, vel in virga, vel utero; vel dolor in omnibus articulis, aut quibuſdam eorum extrinſecus & intrinſecus.

425. Hæc ſi videas augeri ipſo die criſeos, utique id bonum, præſertim ſi concoctio jam apparuerit: ſi verò non, contrarium videbis eo nunciari.

De diebus Criticis.

426. CAuſa criſis eſt, ſiquidem verum eſt quod dicitur,

quòd in morbis impreſſio Lunę (locum habet.)

427. Namque ea celer motu eſt, abſolvens tempore exiguo orbem ſuum: Et quandoque fortior evadit, ac viciſſim debilitatur; idque in Aſtronomia notum eſt.

428. Impreſſio ejus, licet non ſit ſenſibilis, ſive in felici ejus aſpectu, ſive in aſpectu infelici, (accidit tamen) dum figuram ſuam manifeſtam reddit ſenſui, quantam nempe ſit in ea luminis ſolaris.

429. Quarta ejus pars lucet die quarto; & media ejus ſplendet die ſeptimo.

430. Morbus autem non contingit, niſi eo exiſtat loco, ubi deficit felix aſpectus ejus à natura: Sique perduret in felici aſpectu Luna, ſalvus evadit æger, ac prorogatur vita; At ſi diutiùs ſubſiſtat in aſpectu infelici, moritur, & præciditur vita ei calamitoſè.

431. Si oriatur criſis diebus quartis ſubinde, ac ſubinde veniat diebus ſeptimis,

mis, in hiſce quidem criſis bonā eſt, aſſociata prognoſticis, & teſtificans concoctionem: Atque hi (dies) ſtatis periodis ſuccedunt, namque determinati ſunt certâ menſurâ.

432. Qui præter hoſce ſunt (dies alij,) utique illi periodo carent, propter id quod hebetat eos, & ambiguos eos reddit: Neque concoctio illis adeſt, neque prognoſis certa; quin imò in ſymptomatis eorum (exiſtunt) pericula: Atque hi quidem critici non ſunt, niſi quatenus aſſequitur aliquem (criſis) pernitioſa.

De ſignis eorum in quæ criſis terminatur.

433. SI videas morbum ſanguineum, difficilem, vehementem, impetuoſum, moleſtum, Cujus jam appareant ſymptomata in capite, unaque afficiantur omnes ſenſus; & rubedo (adſit,) atque naſi pruritus, utique hæc criſis hæmorragiâ narium terminatur.)

 434. Quòd si

434. Quòd ſi ſymptomata ejus fuerint in partibus inferioribus ac dolor in umbilico oriatur; jamque antè menſtrua ſe malè habuerint, utique criſis continget per fluxum menſtruorum.

435. Si ſuperiora à doloribus ſalva ſint, exiſtat autem (dolor) in hypochondriis, & ægrotus queratur de hepate, deſcendatque dolor verſùs ſedem; utique non errabis ſi prognoſin tuleris, criſin illam fore fluxum ſanguinis hæmorrhoïdum.

436. Si morbus ſit à bile flavæ, fueritque in tempore ſtatus, ac dominetur pleuritis, multuſque fuerit capitis dolor ac calamitas; ne fueris ideo in metu, namque criſis hæc (continget) fluxu ſanguinis è naribus.

437. Quod ſi ſymptomata ægri fuerint in ventriculo, jamque antea conqueſtus ſit de jecore, patiaturque animi anguſtiam ac nauſeam vehementem, utique criſis ejus terminabitur per vomitum.

438. Aut ſi immune fuerit caput à dolo-

dolore, & conqueſtus fuerit (æger) de dolore ventris, atque appareat umbilicus eminens, & aſtricta fuerit antè alvus; utique de negotio tutus eſto, namque hæc criſis per alvinam dejectionem continget.

438. Aut ſi liber fuerit venter à torminibus, nec verò morbus fuerit perniti oſus; ſed fuerit (æger) in anguſtiis exiguis, & vigiliis, atque in ſymptomatis ejus non oriatur ſudor, ſintque ſymptomata lenia, fuerintque dolores in hypogaſtrio: accipe veram in hoc negotio ſententiam, nimirum criſin hominis fore per urinam.

440. Aut ſi aſſervetur urina per retentionem, neque tamen ratione hypogaſtrii dubia ſit, habeatque (æger) poros apertos, nec ingentes adfuerint dolores; nec fuerit ſiccitas vehemens & ἀγρυπνία; utique criſis ea (contingit) per ſudorem.

441. Si fuerint in glandulis dolores, jam utique criſis erit apoſtema.

442. Utere autem regimine ſecun-

dùm ſigna, quæ ſignificant mortem aut ſalutem.

De ſignis Prognoſticis mortis, & primò de ſignis deſumptis ab actionibus.

443. TAlia ſunt, faſtidium lucis, lachrymæ fluentes, cum vehementi motu & vertigine; parvitas in uno oculi angulo, & apertio oris abſque oſcitatione; cúmque homo reſupinus jacet protenſis manibus & pedibus ſuis; Et cùm cernitur (æger) deſcendere è lecto ſuo, ac detegere manus ſuas aut pedes ſuas; cúmque alienam formam refert, ſimulque ſolicitus eſt de evulſione villorum; aut cùm extremitates ejus valde gravantur, cúmque incipit apprehendere quicquid videt: Itemque ſtridor dentium præter conſuetudinem, & proſtratio manuum ſuper pulvinar; aut ſi imaginetur ſibi ſervum nigrum, quem cupiat protinus occidere: Et ſi quidem fuerit in morbo acuto, utique mors proximè ab eo abeſt: Et ſi modeſtus incipiat garrire, & ſa-

& ſapiens videatur conturbari; ſique queratur de cæcitate & ſurditate, aut labatur virtus ejus præ dolore; ſique videat in profunditate ſomni ſui nivem, quę incipiat deſcendere in corpus ſuum, ſpirituſque tremulus ſit, junctus cum frigiditate ſumma, utique ea res pernitioſa eſt: Itemque vigilia nocturna, & ſomnus diurnus, aut ſi privetur æger omni ſomno; Aut ſi deterior evadat conditio per talem ſomnum, ſitque ille cauſa dolorum; Sique Medicus procedat ritè, nec tamen videat operationis ſuæ effectum.

De ſignis Prognoſticis mortis, deſumptis à diſpoſitionibus corporis.

444. FAcies ſimilis faciei mortuorum, & concidentia tẽporum à morbo: Cúmque contrahuntur aures ob frigiditatem ipſorum, & nvertuntur; atque oculi cavi evadunt: Itemque rubedo oculorum aut nigredo eorundem; vel ſi promineant, vel incipiant liveſcere; vel ſi quieſcant, vel

agiten-

agitentur, vel frigidi ſint, vel palpebræ ab iis declinent: Sique acuminetur naſus, & diſtorqueatur frons, & appareat contractio in latere labii; Sitque frigus in extremitatibus hominis, & ulcus atque nigredo in lingua, cum tremore ac rebus conturbantibus: namque hæc mala ſunt in febribus ardentibus: & cum livore ac virore unguium; ſintque viridia quæ in corpore apparent ſtigmata; oriaturque icterus ante diem ſeptimum, & hypochondria extenuari incipiant: & ſi frigus appareat in ſuperficie corporis, calor verò in interioribus ejus lateat, præcipuè autem ſi ſubſiſtat in partibus principibus: inflatio vultus & extremitatum ante duas ſeptimanas, res eſt formidabilis; namque hic patiens velocis temporis eſt, neque videbis eum ſuperare duas ſeptimanas: aut ſi febris ceſſet abſque relevatione, aut ſi videas eam augeri diebus paribus.

De ſignis Prognoſticis mortis, deſumptis ab eo quod excernitur è corpore.

445. Uri-

445. UTique excrementa alvi nigra, viridia, fætida, pinguia, rubra, atque ſimilia aquæ, nec non ſpumoſa, & alba; hæc omnia res mala ſunt.

446. Et ſi quidem coloribus varia appareant, utique mortem ſignificant, niſi hoc contingat à criſi.

447. Sique videas appetitum debilem, & circa id (temporis) poſt excrementa pura particula ſanguinis congelati in iis (appareat,) ac particula carnis idipſum ſequatur: Sique appareant ſanguinea poſt bilioſa, non ita tamen ut lancinent continuè; Et ſi appareant excrementa nigra, poſtquam attenuatum eſt corpus à morbo; ſique conſtringatur alvus in febri ardente, atque idipſum cerebro conturbationem excitet; ſique incipiat vivâ voce clamare præter conſuetudinem ſuam, utique malum eſt

448. Urina tenuis, nigra, pauca, lethalis, ſi eam reddat æger.

449. Dilirium autem cum urina tenui, maximum quod accidit ægro ex metuendis. 450. Vo-

450. Vomitus & fluxus ſanguinis nigri ac fætidi, utique pernitioſi ſunt.

451. Frequentia (primùm,) & paucitas (deinde) ſputi in phthiſi ſignum malum.

452. Sputum verò diverſorum colorum, & difficultas cum tuſſi mortis propinquitatem ſignificant.

453. Et ſudor ſolius cerebri, poſt cujus evacuationem non ſequitur quies.

De ſignis Prognoſticis ſalutis.

454. SI facies appareat qualis fuit tempore ſanitatis, utique ſalus ejus (ægri) manifeſta eſt.

455. Si calor appareat moderatus; neque hypochondria fuerint extenuata; Et icterus poſt ſeptimum diem appareat, intellectus verò inde maneat ſalvus ſine noxa; Sitque robur in ſenſ & in motu, & facilitas in curatione ejus ſit conjuncta; Sique decumbat (æger) ſecundùm conſuetudinem; Occupet que eum de nocte ſomnus; Neque dormiat maximâ diei parte; poſt ſomnum

ver

verò vegetus exiſtat; omniſque ſomnus mitiget dolorem, & dilirium, & ægritudini levamen afferat.

456. Morbus cerebri & partium quę cum cerebro conſenſum habent in affectibus, ſi immunes ſint à dilirio continuo, utique ille ægrotus bene habet, ac ſalvus evadet.

457. Si oriatur ſternutatio in capitis apoſtemate, utique hoc ex ſignis eſt curationem denotantibus.

458. Omnis fluxus ſanguinis è naribus, & auribus, in morbo capitis, medela corporis exiſtit.

459. Spiritus ſi nec frequens videatur nec deficiens, utique bonum eſt; & ſi neque ſit interciſus, neque rectâ cervice prolatus, qui non ſuſpirioſum relinquit eum cui accidit.

460. Si pulſus fortis ſit, non anguſtus, & non appareat anhelitus ægri velut inflammatus; & appetitus ſit, digeſtionis robur, quodque ſequitur eam mediocris conſiſtentiæ; color ejus temperatus flavedine, abſque

abſque nigredine aduſta aut viriditate.

461. Et ſi humor exeat cum vermibus in criſi, hoc utique ſignum eſt vitæ: ſi quidem ab hoc humore fuit morbus; & à ceſſatione ejus ceſſat ſymptoma.

462. Si educas choleram ceſſat ſurditas, ceſſatq; dolor à morbo cerebri ortus.

463. Sanguis hæmorrhoïdum ex liene (profluit,) & melancholia inde ſanatur.

464. Fluxus alvinus aquę & humoris phlegmatici in hydrope eſt cura morbi.

465. Et cholera ſi exeat in ophthalmia, utique hoc celeris curationis ſpem facit.

466. Si videas urinam citrini coloris; & album ſedimentum in ea fundum tenens; ſique videas ægri ſudorem temperatè ſe habentem in febri continua (bonum eſt.)

467. Si videas tumorem in angina ab exteriori pectoris (apparere,) utique id ſalutare eſt.

468. Tumor teſtium eſt cura corporis, ſi appareat in tuſſi diuturna.

469. Et Tumor pedis in peripneu-
onia, & tumor occupans inguina.

470. Exulceratio verò in naribus
t in labiis, in tertiana, eſt res pro-
oſtica ſanitatis.

471. Cura alopeciæ ſunt varices, nec
n cura ejus quod eſt in ventre & ſplene.

472. Similiter ructus acidus in lien-
ria, qui utique cohibet extremum
æ ſpiritum.

473. Cùm ſupervenit febris convul-
ni vel epilepſiæ, ſolvit eas.

474. Si videas in aliquo ſingultum,
ue ſuperveniat ſternutatio, liberatur.

e modis agendi in judicio (ferendo) ex ſignis.

475. COmparationem inſtitue in ægroto, ſi judicare velis
ſignis.

476. Signum enim aliud indicat vir-
es ejus, aliud verò arguit in eo con-
rium.

477. Quod autem tutiorem reddit
m in prognoſticis, primariò ſumi-
tur

tur à capite, habito reſpectu cæterorum membrorum.

478. Si igitur videas quod tutioris fidei eſt teſtari quid, ac ſimile quid in corpore eidem adverſari; Attamen quod videtur in contrarium in corpore teſtari, ſit debilius: utique quoties ſignum (ſalutare) ita obnititur, certam pollicetur in curatione ſalutem: Quoties verò diverſum eſt à ſignificationibus prædictis, certam indicat mortem & interitum.

479. Cùm autem contraria tibi occurrunt ſigna debilia, utique hoc ſemper dubium eſt: ideoque abſtine à judiciis & determinatione; & in negotio ſpem retine.

480. Abſtine igitur cùm adæquata ſint invicem (ſigna) in habitudinibus ſuis; at judica, ſi pondere certent, à prædominante

Finita eſt pars prima Carminis rythmici de Theoria, auxilio & virtute divina.

Sequitur eam pars altera Iſagoges, quæ eſt de Praxi & diviſione ejus.

CANTI

CANTICI AVICENNÆ

Pars Secunda,

quæ eſt

MEDICINA PRACTICA.

Sectio Prima

Quæ per Medicamenta & Cibos operatur.

Diviſio univerſalis.

POſtquam ordinatè diſpoſui in libro theoricæ Medicinę id cujus ſeriem audiviſti; præordinavi quidem, at nondum inchoavi praxin.

2. Dixi autem in initio libri, quod neceſſe eſt ut iſthoc capite repetam: praxis Medicinæ duarum ſpecierum eſt: una quidem operatur manibus; altera operatur medicamentis, atque

que iis quæ robur addunt alimentis.

3. Quæ autem operatur adminiſtratione diætæ, ea utique res eſt nequaquam contemnenda: Habetque diviſionis duas partes: quarum una dicitur conſervatio ſanitatis; pars altera curatio morbi, quæ profectò faſtigium Medicinæ eſt.

Diſtributio Practicæ Conſervationis ſanitatis:

4. Conſervatio ſanitatis à nobis (inſtituitur,) in ſano abſolutè ac propri[e] ita dicto; Et in eo cujus ſanitas imperfecta eſt, atque hic duobus modis ſ[e] habet in praxi.

5. Vel enim debilitas ejus permixt[a] eſt toti naturæ ejus, & omni tempore[,] veluti ſenis, aut à morbo convaleſcen[tis], aut pueri, namque horum debil[ita]s toti permixta eſt; ut & illius in cu[jus] corpore ſignum animadvertis, un[de] metuitur ne fiat ægrotus: Vel de[bi]litatem obſervas in aliqua parte co[r]poris ejus, utpote cute ejus, vel ca[r]ne, vel oſſibus ejus; Velut item cuj[us]

ventr[...]

entriculum vides debilem, frigidum,
aturâ ſuâ, laxum; Ex hoc item nu-
nero eſt quod læſionem habuit (con-
unctum) in utero, velut ſextus digi-
us, aut tumor (gibbus;) Et quod
pparet ratione ætatum, & in aliquo
empore potiùs quàm in alio; veluti hu-
nidus temperamento in pueritia debili-
atem habet, at in provectiore ætate
obur; & ſiccus debilitatur tempo-
e autumni; at tempore veris debilis
on eſt.

Regimen ſani abſolutè dicti quoad aërem ejus in genere.

6. Conſervatio in ſanitate genus eſt
omplectens duas ſpecies ex operatio-
ibus Medicinæ.

7. Cùm enim cupis temperamen-
um ſervare in ſtatu ſuo, ſimilis ei eſſe
ebet diæta; cùm autem corpus ſtudes
anſmutare à natura ſua, utique tem-
eramento ejus contrarium (adhibetur.)

8. Regito per diætam abſolutè ſa-
um, ut deprehendatur in laudabili diſ-
oſitione permanere.

9. Habitato aliquam ex urbibus quarti climatis, quæ habeat evaporationem ſalutarem; quæque ex iis ſupra campos eminet; & elige orientalem, namque hæc ſubtilior eſt.

10. Declinato autem ſub æſtate ad montes, ac regionem apertam verſùs ſeptentrionem, de nocte verò ad ſedes ſuperiores; ac de die deſcende ad humiliora ac ſubterranea loca.

11. Tempera (te ipſum) à lanis & goſſypio, & declinato ad levia ex lino confecta.)

12. Utere fragrantibus frigidis; ex oleis verò veluti oleo roſaceo.

13. Præſerva oculos tuos à pulvere, fuliginibus atque vapore; nec non à radiis ſolaribus, ac aëris æſtuatione, & accurſu eſtus ſolis ac fervoris vehementis.

14. Haud diu ſubſiſtas in lectione rei ſubtilis, ſculpendo aut ſcribendo intricatos ductus archetypi libelli.

Adminiſtratio cibi in genere.

15. AD minimum commedi debet in die & nocte ſemel ſaltem; ad plurimum verò comeſtiones fiant vicibus duabus; medium verò ſunt ternæ (comeſtiones) in nychthemeris duobus.

16. Producito tempus comeſtionis, ut eam abſolvas; & comminue id quod maſticatur, quò bene digeras ipſum.

17. Quodcunque autem renuit tibi (maſticatione) conteri, utique ejus difficilis tibi erit digeſtio.

18. Quotieſcunq; deſideratur (quid) ab appetente aliquo, à quo abhorret debilis (natura,) ut eo nutriatur; contende cum judicio ad correctionem ejus per contrarium, quod rectificet temperamentum ejus.

19. Quandoque, cùm temperamentum non eſt ritè conſtitutum, rectificat ipſum cibus (alioqui) noxius.

20. Conſuetudo hominis eſt inſtar facultatis, quare ea arcenda non eſt inde quò vergit appetitus.

21. Quæcunque conſuetudo nocet

poſſidenti, utique præcide per gradus temporis radicem ejus.

22. Præmitte humidum, & ſubjunge ſtipticum; & miſce cum ſapore dulci ſaporem acetoſum: Et corrige ſiccum humido, & frigidum corrige calido; ſi ſit humidum, permiſce contrario.

23. Si metuas gravitatem pinguedinis, & oleaginoſi digeſtionem vitiantis; miſce idipſum cum ſalſo aut acri, namque hæc juvant in attenuatione.

24. Poſt exercitia inſtituatur comeſtio, & poſtquam egreſſæ fuerint à te fæces alvinæ.

25. Decernito autem comeſtioni tempus tranquillitatis, idque in loco frigido, & vento perflabili: Et conſtitue eidem tempus frigidum: Atque ad hanc cibi adminiſtrationem ſtudium intende.

Adminiſtratio cibi tempore æſtatis.

26. MInue cibum tempore æſtatis, & declina in eo quo nutris ad tenuitatem.

27. Recede autem à carnibus craſſis; & accede ad olera & ſpecies lactis, piſceſque recentes, & hædos atque mediæ ætatis arietes; nec non pullos gallinaceos, & carnes phaſianorum ac perdicum: itemque cum coriandro præparata, & cibum quemvis acidum, ac omphacinum, nec non Zîrebâgj dictum: Et deflecte à dulcibus ad elhabîds, & à copia porri & el-fudſûds, ac declina ad gelatinam vitulinæ carnis, & embammata acidula: & comede thaſſchîl, & gelatinam ex pullis columbarum cum aceto coctis.

Adminiſtratio potus.

28. SI velis liber eſſe à debilitate, ad tria divide interiora tua; quorum una tertia tribuatur animæ; ac una tertia nutrimento; ac reliqua tertia habeat locum aquæ (ſeu potus.)

29. Parum aquæ frigidę ſitim tibi ſedabit; at multum tepidæ non reficiet te.

30. Nivem non frequenter adhibe in potu, namque ea nocet nervis.

31. Neque bibendam offer nivem niſi pingui, ſanguineo, carnoſo, robuſto.

32. Cave tibi ne ſuperbibas juſculo (vel menſæ) niſi hoc fiat ut verſet ore potum homo, (ſeu ut diluat os ſuum.)

33. Neque ſumas aquam poſt cibum, (ſc. horis intermediis,) neque poſt egreſſum è balneo; neque poſt vehemens exercitium, aut poſt coïtum: namque hoc damnoſum.

34. Quòd ſi tamen eò invitet neceſſitas, præ exigua tolerandi potentia, utique ſumas parum: uſque dum deſcendat cum cibo (vel cibum declinare faciat,) in inferiora abdominis ad digeſtionem.

35. Sume autem ex aquis eam quæ ſitim tibi ſedat, aut ſume è vino quantum tibi ſufficit.

36. (Si ſumpſeris) uſque dum capias exinde nauſeam ob ſatietatem, aut ob vinum quod inebriavit te, & accidat tibi ſitis, utique declinato (potum,) namque talis ſitis fallax eſt.

Admi-

Adminiſtratio vini ac ſimilium.

37. IN potu non contendes ad multitudinem, ſed acquieſce vini quantitate modicâ.

38. Non continuabis vinum ſingulis diebus poſt jejunium: neque poſt cibum tenuitate præditum, neque poſt nutrimentum præditum acredine.

39. Cave tibi ne inebrieris toto vitæ tempore; quòd ſi verò contingat, utique ſemel tantùm in menſe.

40. Cui cerebrum infeſtat vinum aromaticum (ſeu fortius,) oboriturque (exinde) calor & ebrietas: Ei bibendum offer vinum odoratum, fiatque tranſitus ad acetoſitatem mali granati, atque cydoneum, & cucumerem; ac miſce ei aquam cum vino fortiore.

41. Qui queritur in quiete de flatibus in abdomine ſuo, ei bibendum offerto vinum odoratum merum: Et quidem facultate remiſſius conducit illi; ſique ſalſa ei ſubjungantur.

42. Album aquoſum in æſtate (ſu-

mendum,) namque hoc tenui ſimillimum; & admiſce ei aquam, & alterantia acetoſa; & ſuperedito, cùm comedes, ſtyptica.

Regimen Somni.

43. NE producito ſomnum, quò noceas animæ; neque vigiliis hanc urge, quò debilites ſenſus.

44. Producito ſomnum ei qui non bene concoquit cibum, aut poſt nauſeabundam ſatietatem.

45. Ne verò producito ſomnum tempore famis: namque ita vaporibus repletur caput ab excrementis.

46. Dormi poſt agitationem levem à ſumpto cibo, donec deſcenderit in locum digeſtionis.

Regimen Motus.

47. NE exercetor exercitio forti, neque immotum te contine; ſed ſecundùm mediocritatem (te gere.)

48. Exerce membrum, ita ut auxilium

ium feras, ſi quod metuis ne colligat alioqui humorem: Aut per inceſſum, ſi volueris, aut per luctationem, donec appareat anhelitus velox: Finis quidem exercitationis in hiſce ut plurimum eſt, ut attollatur ſpiritus, ac curetur aritas (pulſus.)

49. Ne exerceas macilentum, ne quid magis in eo diſſolvas.

50. Exerce autem carnoſum ac pinguem; ac ſuccinge eum, ſi magnum habeat ventrem.

51. Minue autem laborem tempore æſtivo, namque ſudore tunc attenuatis.

52. Commemoravi autem in libro theoriæ adminiſtrationem ejus, quâ opus habes in corpore, evacuationis ſuperfluitatum, aut retentionis; & quod deſiderare potes de iis quæ ad animum pertinent.

Regimen ſecundum eorum, quæ in diverſis anni temporibus (accidunt.)

53. QUicquid commemoravi in æſtate corum quę adminiſtravi

in qualitate, idem accommoda in calido & juvene, & in regione meridionali.

54. Hyeme autem te converte ad contrarium, ut reſiſtas incommodo frigoris ejus.

55. Vere autem & autummo incede inter hyemem & æſtatem.

56. Et ſiccabis quidem vere; at autumno humectabis, ſed fugies eo tempore exiccationem.

57. Ultimum veris & initium autumni regimine diſpone ſecundùm conſtitutionem (quæ obtinet) in æſtate.

58. Et principium veris in regimine (ſe habeat) ſicut autumnus in fine: (Nempe) Regimine diſponas utraque pro ratione conſtitutionis (quæ eſt) in hyeme; nimirum, cibo calefaciente.

59. Atque hæc eſt (regiminis adminiſtratio) quæ inſtituitur ubi fixa ſedes eſt; qui verò iter facit, eum convenienter munito in itinere.

Regimen iter facientium, & peculiariter in mari.

60. Qui

60. QUi ex iis (qui iter faciunt,) vehitur in mari, aut incedit per loca terreſtia: ei prohibe navigationem hyeme per mare, ac progreſſum in peregrinationibus (terreſtribus.)

61. Qui latifundiis maris ſe committit, ei proſpicias de copia aquæ, & eligas ei incorrupta vaſa: Viaticum verò conſtitue illi è cibis humidis, & medicamentis alvum ſolventibus.

62. Quòd ſi metuas vertiginoſam ejus agitationem, per inferiora eum purgato: quòd cùm peregeris, deinde ingredi eum (in navem) jube: Adde autem illi ſuccos inſpiſſatos acetoſos, iiſque admiſſe condita adſtringentia.

63. Tuere eum interim à ſordibus, & copioſiùs ſubminiſtra illi mundas veſtes.

64, Si cui ex iter facientibus ſuperveniant pediculi, neque poſſit eos interficere: accipe lanam, & contorque ex ea funiculum, atque exſtingue oleo argentum vivum, eumque illine; atque ita eum inter veſtes ejus adnecte, do-

nec videas pediculos decidere ex eo.

65. Si quis autem iter faciat per loca terreſtia, ejus curam gerito in frigore, (vel ubi moratur.)

Regimen iter facientis per terram, & peculiariter in frigore.

66. CAvebis illi ne obruat eum nix, namque ſic à congelatione liberabitur.

67. Cibato eum ſaturante cibo, ne fames illi inferat mortem.

68. Introducito eum, ſi frigefactus fuerit, in balneum, & in amplexum ei junge corpora pinguia & carnoſa.

69. Si incommodo afficit frigus (alterutrum) ex oculis ejus, appone ei peplum nigrum: & multa indito nigra manibus ejus, ut intuitum eorum continuet.

70. Et protege à frigore extremitates ejus, atque immerge in oleum coſtinum involucra ejus: multiſque involve operimentis pedes ejus, antequam induere eum permittas calceamenta.

71. Quòd ſi poſt læſionem aliquam

factam

factam non percipiat dolorem eorum, ſcito quod frigus jam præciderit eos (ſeu mortificârit;) quare tunc exime talia (operimenta & calceamenta) ab iis; & adhibeas fricationem, aut calefacito eos calefacto oleo ſinapi, & inunge eos; poſtea verò faſciato eos, curamque eorum agito.

72. Et ſi quidem nigri fuerint, ſcarificato eos, & ſi putridi evaſerint, eos purificato; ſique jam continui ſolutionem paſſi ſint, (ſeu perierint) præcidito os, nimirum id quod jam mortificatum eſt ex iis.

72. Medicinam facito illi, qui laſſitudine correptus eſt, ex oleo, & victu tenui; nec non fricatione atque alteratione in balneo; & quieſcat deinde aliquot dies.

Regimen iter facientis in calore.

74. QUi verò iter facit in calore, ei diætæ regimen inſtitue in abitu & reditu.

75. Arce eum ab ingreſſu æſtuantis

aëris, ne ex calore ejus incidat in febrē.

76. Venam illi ſecato, atque educito ſanguinem bonum : & liberabitur venæſectione tuâ ab apoſtemate.

77. Si fuerit bile præditus vehementi (ſeu acri,) bilem flavam ei purgato, ſi quidem metuas ſitim ; & extingue eam inſpiſſatis ſuccis ante iter, namque per calorem ejus periculo exponitur.

78. Cibum comedito ex oleribus frigidis;& ad ſatietatem ipſi potum ſuppeditato ex aqua vice unâ, (ſeu ſimul & ſemel.)

79. Quieti te accommoda quantum potes, & ne evadas iracundus quantum poſſibile eſt cave.

80. Utere umbraculo & velamine, nec producito in ſolis æſtu moram.

81. Mitte diſceptationes, & contentiones, ac minue clamorem & loquelam.

82. Et bibe ſuccum portulacæ cum ſyrupo uvæ immaturæ & aqua.

83. Teneas in ore tuo tempore peregrinationis, ſi ſitis te infeſtet in itinere,

pilulam

pilulam exigui lupini inſtar factam ex trochiſcis camphoræ.

84. Quòd ſi metuas ſolis impreſſionem in facie, ne lentigine deformet, adhibeto oleum in regimine, idque commiſceas ſufficienti ceræ.

Regimen infantis, & primò in ventre matris ſuæ.

85. INfans cuſtodiatur in ventre matris ſuæ, ut non contingat noxa aliqua corpori ejus: Sique nutrix eum cibabit aut potabit, elige illi interea temporis quæ ætate ad nutritionem apta ſit.

86. Et curam agito circa gravidam quoad ventriculum ejus, ne percipiat corruptelam in appetitu ſuo.

87. Et rectificetur ſanguis, ac purificetur ſuperfluitas illa ex qua conflatur infans.

88. Si ſanguis urgeat prægnantem, ne venam ei incidito; ſed refrigeratione & extinctione curam ejus intendito: aut ſi humor aliquis eam infeſtet, eam

pur-

purgato, ſed per extenuationem illius operationem inſtituito.

89. Cúmque appropinquat tempus ut deponat fætum ſuum, diſpone negotia partus ejus ad facilitatem: ſcilicet fricatione iliorum in balneo, & talibus quæ fætui conveniunt oleorum irrigationibus, ut mollificentur nervi, & non contingat in partu difficultas.

90. Et conſtitue cibum ejus ex butyro, & ſorbendum ei injunge juſculum pingue.

91. Et fac ut ſibi caveat à clamore, impetu, terrore, vociferatione, ac ictu.

92. Potandumque ei præbe in partu potiunculam decocti dactylorum, in quo ſit aqua fænugræci.

93. Ac conſtitue illi obſtetricem prudentem, quæ diſtendat pedes ejus abſque puſillanimitate; deinde cum ſurgere eam fecerit circumprehenſam, conſtringat ventrem ejus cum judicio.

94. Si effluat ab ea copiá excedens ſanguis, in potu illi offer trochiſcos è ſucci-

ſuccino: ſi verò non profluat ab ea ſanguis per impedimentum aliquod, in potu illi offer trochiſcos de myrrha.

95. Quòd ſi ſecundina ejus non egrediatur, utere ſuffitu ex diſſolventibus, veluti myrrha, & cedria, aut ſabina, aut veluti ſulphure, aut veluti colocynthide.

Electio Nutricis.

96. ELige illi (infanti) fœminam lactantem è mulieribus, quæ in mediocritate ætatis ſuæ carnoſa ſit, careat laxitate, ac temperamento proximè ad æqualiter temperatum accedat; quæ corporis mole valeat, magnis inſtructa mammis, & munda ſit capite atque oculis; immunis ab omni noxa extrinſeca, ſana membris atque artubus; lac habens quod non ſit tenue ſubtilitate, neque nimis ſpiſſum, colore album, dulce ſapore, gratum non fœtidum, partibus cohærens ſi effundatur.

97. Et nutrito eam dulcibus atque

pinguibus, nec non piſcibus recentibus cum butyro.

Regimen Infantis, in eo quod ipſi proprium eſt.

98. INunge eum ſtipticis quando faſciis conſtringitur, donec duritiem animadvertas in cute ejus, & calorem qui mundet eum ab humoribus, & mediocrem facito conſtrictionem tæniarum.

99. Nec verò ſugendum illi præbe ſæpenumerò, quò in ventriculo oriatur cruditas; neque arceas diutiùs, quo calore incendatur.

100. Neque exagites eum re aliquâ, quæ conturbet eum, impediat eum à ſomno, eumque excitet.

101. Impone eum, ſi velis ut dormiat, cunis facilè mobilibus, & obvertas eum tenebris.

102. Et commiſce ei papaver in cibis, cùm arcenda eſt noxa à tempore ſomni.

103. Præſtat nihil offerri eidem (è cibis

cibis) præter lac, donec habeat dentes.

104. In vigiliis exponas eum luci, ita ut videat ſtellas atque cælum; ac varios illi objice interdiu colores, ut ita aſſuefacias eum ad uſum oculorum.

105. Affare eum altâ voce dum eum inſtituis, ut eum aſſuefacias loquelæ.

106. Lingendum illi præbe mel, vel eodem inunge atque frica palatum ejus atque linguam ejus; Eique addito parum ſucci glycyrrhizæ ac thuris, idque dimittito in os ejus.

107. Et ſternutationem ei provoca, adeo ut liberes eum ab obſtructione narium, aut expurges eum: Hoc enim rectè diſponit ſenſus ejus, & vocem ejus, ſolutumq; reddit anhelitum ejus.

108. Cave etiam ne vena ei incidatur, & ne pharmaco purgetur, donec deprehendatur jam ad pubertatem aſcendiſſe.

109. Et ſi quod apoſtema oriatur, aut puſtula aliqua, ne eum contra hæc munias per attractionem.

Regi-

Regimen Convaleſcentium.

110. QUi è morbis convaleſcunt, illi jam ſani debiles exiſtunt, & corpora eorum, veluti veſtigia, aboliti morbi lituras habent; remanet in animabus ipſorum proſtratio quædam virium; & privata ſunt corpora ipſorum ſanguine.

111. Adverte an redacta ſint ad maciem corpora ipſorum tempore diuturno, tum paulatim ea auge, neque accede in iis ad feſtinationem: vel an extenuata ſint tempore exiguo, tumque auge ea ſubitò; attamen victu tenui & per gradus, donec videas corpora alacritate refecta.

112. Offer iis parum nutrimenti, habentis virtutem, chymum, & durationem.

113. Concilia iis tranquillitatem & quietem, namque in membris inde (oritur) mollities.

114. Et accede ad curationem animæ per gratum ſocium ac ſodalem.

115. Offer iis gratos odores, & flo-
em quemvis in compoſitionibus odo-
atis fragrantem.

116. Concede iis recreationem ani-
mi, & id quo delectantur; & arce eos
meditationibus & ſolicitudine.

117. Introducito eos in labrum ac
alneum, nec tamen illis producito in
ıſdem moram.

118. Colloca eos in aërem tranquil-
um; & immitte oleum in membra eo-
rum: Ne verò nimiùm exerceto eos,
ec vehementem inſtituito fricationem;
enim producit in illis calorem præ-
rnaturalem.

Regimen Senum.

119. EQuidem Senes in virtutibus ſuis retrocedunt, quemad-
modum in ſingulis diebus deficiunt.

120. Offer iis cibum fortem paucum,
i non gravet partes corporis.

121. Cùm purgantur, ne purges bi-
n flavam; ſed relinque eam: eſt enim
corpore eorum medicina.

122. Et

122. Et ſi quis aſſuetus fuerit phlebotomiæ, conſuetudinem illi neutiquam præcide.

123. Sed qui jam ſuperavit ſexaginta (annos,) eſtque corpolentus ac robuſtus, illi utique venam ſecato bis in anno; nec verò unitatem in eo addas ex alterutro anni tempore (reliquo.)

124. Si ſuperaverit annos ſeptuaginta, venam ſecato ſemel; neque in eo inſuper procedas ultra vicem unam.

125. Et ſi porrò auctus fuerit quinario (annorum,) utique duobus annis bis baſilica ei incidatur: ac prohibe ei ne ſecet cephalicam, eſtoque de ſecuritate ſolicitus: Ac prohibe quoque ne ſecet medianam, quamvis videas corpus ejus eſſe plethoricum.

126. Prohibe illi autem poſt hoc (tempus) omnem venæſectionem, namque hæc ſenibus (decrepitis) perniτioſa.

127. Ne repellas apoſtemata in corpora eorum, neque intende fortiter attractionem apoſtematum eorum.

128. Mun-

128. Mundifica eos fricatione, & provocatione ſudoris; & exhibe iis pinguia per intervalla: Ac lenes eos redde mollienti cibo; cave autem ut conſites medicamentis.

Modus arripiendi præſagia (ſeu præcavendi ea quæ prænunciantur) ex accidentibus, & id genus aliis.

129. SI quis conqueritur certo tẽpore ſubinde, medicamine illi ſuccurre, antequam id præſens ſit, per contrarium ejus quod timetur illo tempore; ac tempus cum tempore perpiſce.

130. Si quis conqueritur de debilitate alicujus è membris ſuis, medicinam ejus inſtitue eo quod commemora- in curatione morborum, donec videas illud ab omni ſymptomate eſſe immune.

131. In cujus corpore vides ſignum morbi alicujus (futuri,) utique adhibeas illi amputationem ejus: namque ipſe in corpore ejus deliteſſit, quare adver-

adverte ad eum antequam appareat.

132, Jam autem antè commemoravi quodnam ſymptoma ſignificet eum quẽ metuis morbum : Ideoque medicinam ejus adminiſtrato ex eo quo præcidatur, quod commemoravi ſuo loco.

Curatio Morbi per doctrinam univerſalem.

133. POſtquam ordine diſpoſui conſervationem ſanitatis : nunc porrò aggrediar curationem morbi : Atque hæc eſt operationum ſpecies una, quæ rei occurrit per id quod ei contrarium eſt : (nimirum,) ſi fuerit à calore, per frigus; aut ſi fuerit à frigore, per contrarium (calorem;) aut ſi fuerit ab humiditate per ſiccitatem, ſi verò fuerit à ſiccitate per contrariam humiditatem.

134. Repletio curatur per evacuationem cerebri & cæterorum membrorum: Apertio autem in eo quod occluſum eſt (curat) ab obſtructione; ablatioque a augmento in numero : Obſtructio verò ejus

ɔ ejus quod occluſum eſſe debet, ſi
uidem apertum ſit, (continuatur)
onec videas id quod malè afficit corre-
tum eſſe: Sic & aſperitas (medela eſt)
um lævitas nocet corpori; & læviga-
ɔ id quod eſt in corpore exaſperatum.

*ommemoratio ſpecierum medicamen-
torum ſimplicium.*

135. EA quæ referam ex medica-
mentis (hæc erunt:) quod
lucit humores per ſeceſſum; & quod
bſervas excedere qualitate tempera-
ienti; quodque in humores educen-
ɔs valet; ſimiliter quo aperias, aut
mollias; quoque aduras aut putrefa-
as; nec non quo concoquas, aut in-
ures; & quod meatus obſtruat, quod-
e attrahat; itemque quo abſtergas,
quo attenues; quoque carnem cre-
ere facias, aut inducas cicatricem: Et
mili modo (dicam) de facultatibus
cundis; & de tertiis, quæ non ſunt à
cundis.

Commemoratio medicamentorum ſpecificè purgantium: & primò de iis quæ purgant Bilem flavam.

136. Bilis flava ſcammoneo (purgatur,) quod eam educit virtute validâ: Bibitur à tertia parte (drachmæ) ad keration (ideſt ſiliquam ſeu gr. iiij.) eſtque eidem virtus in reliquos humores. Correctorium ejus, ne lædat ventriculum & hepar, ſunt mala cydonia.

137. Aloë bibitur ad denarii pondus; quod & duplicare licet, ſi neceſſe ſit, ad medicamentum (ordinandum.) Rectificato eam, ſi multum ejus offeras, reſinâ (maſtichinâ,) bdellio, & tragacanthâ.

138. Offerto unciam de myrobalanis citrinis, & tantundem de violis: ſimiliter de medulla caſſiæ fiſtulæ, ac tamarindis; ac quantitatem non excedas.

Commemoratio eorum quæ educunt Phlegma.

139. Po

139. POtu offeruntur de interiore pulpa colocinthidis, bdellio correctæ, duo danic (ideſt, duo Lupini, ſeu gr. 16.) Similiter de cucumere aſinino; cujus ſimilis correctio eſt, & pondus, atque operatio: Nitri verò & ſalis (offertur) ſemidrachma: atque hæc educunt omne phlegma.

140. Exhibe turpethi drachmas duas; & in decoctis exhibe duo mithkâl (ideſt drachmas tres:) Agarici exhibe ad minimum drachmam unam, ac ſimili modo granum Nili, ideſt, Carthamum indicum.

Commemoratio eorum quæ educunt Aquam, & propriè Hydropicis.

141. ASſumuntur duo danic Mezerei; at danic unum Euphorbii recentis: Itemque Danic Pityuſæ, correctæ eo modo quo correxi oën. Offerto autem centaurei drachmam. Atque hæc medicamenta educant aquam.

Commemoratio eorum quæ educunt Melancholiam.

142. PRopinato foliorum ſenæ polipodii, epithymi, & corticis myrobalanorum Indorum, itemque fumariæ & bugloſſi, quantitatem quæ educere valeat id quod educere cupis de melancholia, (ſc.) ſemunciam indifferenter: & drachmæ ſemiſſem de lapide Lazuli; atque hæc appropria ta ei (ſc. melancholiæ) ſunt ad ejectionem.

Compoſitio Medicamentorum.

143. PRimarium eſt propinari medicamentum ſimplex, quamdiu obſervas operationes ejus in quocunque morbo: Attamen vocant me ad compoſitionem eæ quas commemorabo cauſæ.

144. Complicatio morborum; & correctio medicamenti; atque id quod emulſionem ejus (ſc. medicamenti) inſtitua:

uas alimenti genus; itemque quod em juvet penetrationem promovendo, ſi in penetratione fuerit debilis; Et quod conciliet ei quandoque promtitudinem deglutiendi; quodque promovet ſolutionem alvi.

145. Ut igitur compoſita medicamenta adornes, primùm utique ſecundùm certam normam componas neceſſe eſt: Accipe potiunculam è rebus quibuſvis alvum ſolventibus, earumque numerum conſtitue (pro arbitrio,) namque indefinitæ ſunt; & admiſſe ei quantum volueris de pulveribus; & collige pondera ſecundùm proportionem: deinde divide pondus ſecundùm particulares hauſtus (ſeu doſes,) qui illi inſint: atque ita confice compoſitum. Quod autem, unicuique hauſtui provenict ex ea præparatione, idipſum propina aut reſerva ſecundùm numerum ſuum.

Virtutes Medicamentorum.

 146. Me-

146. MEdicamenta facultates ha- bent primas; ſimiliterque operationes ſecundas; nec non faculta- tes tertias, à quibus proveniunt, cùm cernuntur, effectus.

147. Facultas autem prima eſt calor, frigus, ſiccitas, & humiditas: At ego exordium faciens id primò proferam ex medicamentis quo refrigeratio inſtitui- tur.

Refrigerans & aſtringens.

148. MYrtus, rhus, bellirici, ſcoria ferri, & myrobala- ni; itemque acacia, corallium, em- blici, bolus armenus, atque rhamnus, nec non quercus, (ſeu glandium cor- tex,) & ſanguis draconis, cui ſimili eſt (confectio dicta) ramek, & (con- fectio dicta) Suk, & ttharthut (ttha- rathith Avic.) quæ eſt muſcata; Et ba- lauſtium commixtum cum tthebaſchir (ideſt, cinere radicum arundinis in- dicæ uſtarum, ſeu ut alii volunt, ſac- char

charo Mambu, quod internodiis arundinis Indicæ accreſcit,) & ſaufel atque coriandrum ſiccum; itemque Lapis hæmatites, & arnogloſſa : atque hæc operatione ſuâ conſtringunt : Et galla, rumex, ribes, berberis, frigida ſunt & adſtringentia.

Calefaciens.

149. SCito calefacientia Medicamenta, quæ ex relatione (aliorum) comprobata ſunt, (deſumi) ex kondes, thure, grano piperis, cardamomo, & pipere longo; Itemque Carthamo, mentha, ſchœnanto, cinnamomo, mahhleb, cappare; ut & abſinthio marino, urtica, origano, muſco arborum, ſtacte, & ambra; nec non agallocho, acoro, libanotide, cuſcuta, & zingibere; ut & gentiana, ſpina alba, pæonia, lacca, rhabarbaro; malabathro, ladano, baccis lauri, polio, ammi, cypero: Anetho, ricino, ungue odorato, galbano, rubiâ, atque myrrhâ; Loto ſativâ, mar-

rubio, ſagapeno, aniſo; Carvo, cumino, rutâ, petroſelino; Nardo, adiantho, thymo, aſpalatho; itemque caſſiâ ligneâ, & galanga, aſaro, chelidonio minore; Et pice (tum arida tum liquida,) hyſſopocedria, pyrethro, balſamo; majorana, ſilphio, atque anemone; ſpina arabica, fæniculo; calamo aromatico, chamæmelo; Nigella, aſſa fætida, terebinthi baccis, ſulphure; Ammoniaco, ſinapi, naphtha, allio, cubebis, & coſto.

Regula quâ humiditas à ſiccitate dignoſcitur: & gradus medicamentorum ſimplicium.

150. SI quid vides eſſe frigidum, idem quoque deprehendes ſiccum aut humidum: Cognoſcitur autem ſiccum conſtrictione; humidum verò relaxatione (ſeu remiſſione) ejus quod aſtringendi vim habet.

151. Habent autem Medici diverſitatem graduum; diverſitatis autem eorundem ratio dudum plana eſt.

152. Quod

152. Quod alterationem inducit, intellectu (tantùm) perceptibilem, id equidem in gradu primo eſt.

253. Cujuſcunque autem alterativa qualitas ſenſu deprehenditur, quæ tamen vehemens non ſit quando percipitur, utique ei teſtimonium obtingit, quòd ſit in graduum ſecundo.

154. At cujus alteratio eſt vehemens, quod tamen à noxa inferenda remotum eſt, atque adeò non corrumpit id cui conjungitur, id utique eſt in gradu tertio.

155. Quicquid verò corrumpit, aut alterat tantâ vehementiâ, ut vel urat, vel terrore percellat; Cave ut nihil periculi eſſe dicas, eſt enim illud in gradu quarto.

De Facultatibus ſecundis medicamentorum ſimplicium: & primò de medicamentis concoquentibus, (ideſt maturantibus.)

156. SCito quòd res quævis quæ muturationē promovet, calorem

lorem & lentorem habeat: mediocritatem obtinens caloris in operatione ſua (relatione factâ) ad partem in qua maturationem intendis; Cujuſmodi ſunt: adeps, pix, reſina pini, & oleum cum cera mixtum, oleum cum aqua calida conquaſſatum, itemque triticum cum oleo coctum.

De medicamentis emollientibus.

157. QUicquid noviſti emollienti facultate præditum, id equidem ſuperat membrum quod emollis calore: attamen facultas ejus vicina eſt; ne tenuitate ſuâ faciat contabeſcere (ſeu planè diſſolvat) ut galbanum, ammoniacum, bdellium, ſtyrax (liquida,) & medulla cruris cervi.

De medicamentis indurantibus & obſtruentibus.

158. FRigidum & humidum inter ea eſt quæ indurant: uti ſolanum & lenticula paluſtris.

159. Quicquid verò noſti obſtruere meatus

meatus, id utique nec calidum nec frigidum eſt: non vellicat membrum ſi ei admoveatur: adeóque hæc terreſtria ſunt aut viſcida.

De medicamentis aperientibus.

160. QUid ſit id quod obſtructiones aperit, notum eſt: id enim incidit & attenuat: Velut quod nitroſi ſaporis eſt, aut inſtar myrrhæ: (ideſt ſaporis amari:) Qualia ſunt ſcylla, & amygdala amara; & radix lilii atque narciſſi, itemque nitrum, capparis, & lupini.

161. Si quid autem aſtrictorium apertivâ facultate juvat, id equidem non aperit extrinſecus (adhibitum,) ſed in potu medicinali exhibendum eſt, atque ita aperit obſtructiones viſcerum.

De medicamentis abſtergentibus.

162. QUicquid abſtergens dicitur, minus habet tenuitatis: uti faba græca; & quicquid inter dulcia invenis, ut mel, & amygdalę dulces.

De medicamentis reſolventibus.

163. Quicquid deprehendis reſolvendi vi præditum, id ipſum deprehenditur in calore ſuo temperatum : ut oleum cicinum, & chamæmelum; ac oleum raphani, atque fæniculum.

De medicamentis aperientibus orificia venarum.

164. Quicquid notum eſt nomine aperientis orificia venarum, illud eſt inſtar ſolventis continuum : operatur craſſitie cum calore junctâ, ut allium, cæpa, atque fel.

De medicamentis adſtringentibus.

165. Quicquid ad obſtructionem venarum confert, id utiq; adſtringens eſt; attamen non vellicat.

De medicamentis cauſticis, putrefacientibus, & cicatricem inducentibus.

166. Quic-

166. Quicquid urit idipſum in calore excellit, ſummamque obtinet craſſitiem.

167. Quod autem deprehendis putrefacere, id equidem calore intenſum ac tenue calefacit.

168. At carnem minuens hoc ipſo debilius eſt: cicatricem verò inducit id quod exiccat.

De medicamentis attrahentibus.

159. Quicquid proprietatem habet attrahendi id quod intrinſecus continetur eſt antipharmacum, & medicina purgans.

170. Omne autem id cujus attractio eſt per manifeſtam qualitatem, id utique calore & tenuitate præditum eſt, vel per naturam ſuam, ut ammoniacum & bdellium; vel per putredinem, ut ſtercus.

171. Alexipharmacum validum eſt in adjumento ſuo, per qualitatem ſuam immutans, vel per ſpecificam naturam ſuam; Eſt etiam tale quod juvat

per purgationem, aut per ſimilitudinem facultatis rei quæ interimit: Aſſumptio autem illius in ſanitate nocet: ideoque ignorantes decipit.

Sedantia dolores.

172. QUicquid dolores ceſſare facit id calefaciendi, aperiẽdi incidendi, & emolliendi vi præditum eſt: Eſtque ex hoc genere quod ſtupefaciendo juvat, ſicut opium in medicinam venit.

Facultates tertiæ.

173. QUos inſuper commemorabo effectus, eos deprehẽdes (provenire) à facultatibus tertiis: qualis eſt, comminutio calculi in renibus (quę fiat) ab omni quod obſervas diſſolvere, incidere, attenuare, emollire, cui tamen non tribuis manifeſtum calorem: ut radix aſparagi, & calami phragmatidis, vitrum uſtum, atque mahhleb.

174. Atque hiſce quædam ſimilia ſunt, in quibus etiam nonnihil caloris in-

eſt

eſt & humiditatis, quæ educunt id quod eſt in pectore: Et ſi (quid tale) fuerit in calore temperatum, idipſum generat lac.

175. Quicquid excreationem efficit, id provocat menſtrua, ſi in calore ſit intenſius; quodque (ſimul) ſiccum eſt, id utique in operatione ſua magis penetrat: Atque hæc omnia promovent urinam; acre autem quidvis hac in re primarium eſt.

Deſcriptio modi ſumendi medicamentum.

176. POſtquam deſcripſi facultatem temperamenti, ecce jam aggrediar curationis modum.

177. Quicquid in medicamen adornatur, ſive id intrinſecus ſive extrinſecus adhibeas, id equidem eſt inſtar operimenti (ideſt cucuphæ) aut pilularum, aut ſyrupi, aut ſpecierum (ſeu pulverum compoſitorum) itemque olei, ac fricationum, & embrocharum, & irrorationum, & infuſionum ac lotionum;

num; ac veluti collyria, & electuaria, ac balani, & dentifricia, ac dentiſcalpia; nec non epithemata ac linimenta, ut & emplaſtra atque unguenta, ac pulveres cribro trajecti, itemque pulveres oculares, atque ſternutatoria (ſeu errhina,) & ſtillicidia: Itemque in modum peſſariorum, & in modum decoctorum; ac inſtar cataphaſmatum, ac ſuffituum, nec non fomentationum, & gargariſmorum; atque in modum ejus quod per clyſteres immittitur, ut & in modum fumi per trajectorium inſinuati.

Curatio temperamenti: Ejuſque Regulæ.

178. OMnis morbus quem commemorabo à pilis capitis uſque ad pedum ungues, vel univerſalis toti corpori exiſtit, vel uni alicui membro peculiaris eſt.

179. Si fuerit (morbus) immunis à miſcella humorum, medicina ejus fit per inverſionem ad (priſtinum) tempera-

peramentum : ne ergo aggredere humorem per eductionem ; ſed propera confeſtim ad curationem.

180. Diſtinguitur autem à morbis repleti corporis, ſi judicio examines atque cognoſcas : quòd ſigna, quæ in eo (corpore) ſunt indicativa medicamentorum, manifeſtant in corpore repletionem.

181. Si videas noxâ affici (corpus,) à medicamento (adhibito,) utique id ſimilitudinem habet cum ipſo morbo : Juvatur autem per ea quæ contraria ſunt cauſæ noxam producenti.

182. Ipſe etiam tactus talis eſt à quo validum peti queat ſignum, & functiones quæ debilitatæ ſunt, & quod in habitudine carnis vitiatum, & quæ incipiunt prodire excrementa : At ſi nulla hypoſtaſis in urinis, ac pulſus ſi recedat ab æqualitate, utique non eſt in genere (morbi) quod repletionem habet conjunctam, ſed eſt ab hoc genere morbi immunis.

183. Si locus aliquis dolore ſpeciali-

ter afficiatur, utique ille ſignum eſt iſtius loci (morbo affecti.)

184. Signa quoque petes in ægroto ab ætate, temperamento corporis, & colore; nec non ab anni tempeſtatibus, & temporum conſtitutionibus; itemque ab habitationibus ac regionibus: Et ab eo omni quod præceſſit in diæta, namque idipſum confert ad alterationem.

Commemoratio unde ſint petenda ſigna quæ indicant morbum ex intemperie calida.

185. SI calor fuerit in corpore, utique ei nocebis eo quod eſt calidum: Eſtque contactus (ægri) talis, & urina rubra; pulſus velox eſt & inquietus: Ac ſitis (adeſt,) & perturbatio (capitis,) atque vigilia, cum extenuata corporis habitudine, & colore flavo; In regione auſtrali, & ætate juvenili, atque æſtate, (intemperies ea eſt frequentior;) & quæ perceſſerunt cauſæ (calefacientes eam indicant;)

cant;) Medicamen autem inſtitue per refrigerationem adverſus febrem ardentem, & ægritudinem quamvis (calore) perturbantem: Et conſtitue cibum pro modo facultatis ejus, & pro quantitate, quam deprehendis, appetitus ejus.

Commemoratio ſignorum quæ indicant morbum ex intemperie frigida.

186. CUi fuerit (morbus) à temperie frigida, ille equidem refrigerantibus læditur; Juvatur autem re quacunque calidâ; & frigus ab eo (percipitur) in contactu corporis: Urina peculiariter obtinet colorem album; pulſuſque tardus eſt, quotieſcunque pulſat: Nec ſitim habet conjunctam, neque dormiendi impotentiam; & ſi (quandoque) habet vigilias, utique nulla (ſenſuum) perturbatio (adeſt:) color gypſeus eſt in corpore laxo; & ſenilis ætas, in regione ſeptentrionali; & hyems, & quicquid præceſſit cauſarum refrigerantium, utique hæc ſigna

gna ſunt manifeſta: Ideoque ſi curationem aggrediaris, curam inſtitue calefaciendo; & in eo ipſo inclina ad curam paralyſeos.

Commemoratio ſignorum quæ indicant morbum ex intemporie humida & ſicca.

187. SI adſit alteruter (horum) morborum, nequaquam immunis eſt (æger) ab alterutra rerum (ſequentium:) Si fuerit ſiccus (morbus,) videbis eum aridum; aut ſi fuerit humidus, videbis eum laxum: Ideoque procede cum humido (morbo) per exiccationem, operatione quidem judicioſâ ac blandâ, ejus quod in calore aut frigore conſiſtit; cum ſicco autem procede verſûs contrarium. In omnibus autem (morbis) præcide cauſas, antequam curationem ad ſcopum dirigas.

Commemoratio curationis eorum quæ oriuntur à repletione; & conditiones evacuationis.

188. Si

188. SI morbus fuerit à repletione nulla medicina (ejus eſt) præter evacuationem.

189. Omnis autem evacuatio conditiones habet decem : quæ ſi non ſint, quod ei ſupervenit malum eſt. Prima eſt, ut reſpicias ſymtomata; (2.) morbus ſit ex repletione : (3.) Ætas juvenilis (vergat) ad ſenilem : (4.) conſuetudo ; (5.) Facultas ægri : (6.) Tempus anni ſit autumnus aut Ver : (7.) Regio penitus temperata : (8. 9.) Tempus atque temperamentum medicinæ congruum : (10.) Corpus bonæ habitudinis & carnoſum.

Modi attractionis.

190. QUicquid evacuare cupis illius quod (in corpore) redundat, id vel attrahito è loco ipſomet; vel attrahatur ex aliis partibus ſecundum contrarietatem aut convenientiam : Et forſitan attrahimus ex parte aliqua in eam quæ affinitatem habet cum iſto morbo, ut cum adhibemus

cucur-

cucurbitulas mammis ad retentionem ſanguinis uteri.

191. Præceſſêre autem jam ſigna repletionis, & medicamenta quibus evacuatur.

Commemoratio morborum in quibus ſecatur vena: quorum primus ſunt Apoſtemata.

192. EQuidem incidit venam Galenus, quando humores alimentarii copioſi ſunt; Cùm videt ſigna ſanguinis in corpore, præſertim verò phlegmones: Tuque venam omnino incidito hiſce conditionibus, ſi fuerit copia ſanguinis non reliquorum humorum; idemque intende hoc ipſo opere, quod intendebat (Galenus;) Et ſecato in morbis in quibus ſecabat ipſe, cum certus es teſtimonio manifeſtante. Incipias autem à venæſectione in omni phlegmone, quæ in corpore exiſtit extrinſecus, quæque exiſtit in ipſis articulis: In phlegmone (exiſtente) in parotidibus, ophthalmia, phlegmone linguæ:

linguæ & gingivarum, in angina, & phlegmone uvulæ, pariſthmiorum, & amygdalarum, ſuffocationibus, in pleuritide, & peripneumonia, phlegmone mammarum, & inguinum; phlegmone hepatis & ventriculi, ac phlegmone inteſtinorum & ani; ut & lienis ac teſticulorum, veſicæ atque renum, uteri & umbelici: Itemque in phlegmone eryſipelatode; & in ipſius eryſipelatis ſpeciebus.

Venæ ſectio in ulceribus & puſtulis.

193. (Est item venæ ſectio inſtituenda) in ulceribus capitis & oculorum, atque tinea, & ulcere in auribus; & in iis quæ ſerpunt, atque ulcere pulmonis; itemque in ulceribus oris, ac variolis; nec non (ulceribus) inteſtinorum, ſi de iis notitia certa ſit; & in quibus ſuccreſcit caro.

194. Similiter de puſtula (ſtatuendum,) ubicunque fuerit, & de ſcabie humida cùm apparere incipit: cujuſmodi ſunt papulæ oris & oculorum;

& quæ

& quæ ſuccreſcunt in utroque latere.

Venæſectio ob repletionem venarum, & ſanguinis effluvium.

195. SIc & in repletione venarum (ſanguis detrahitur,) & hæmorrhagia (quacunque) ac ſtillicidio frequenti ſanguinis è naribus: ſique ſanguis profluat à dentibus, ſimiliterque ſi fluat ex auribus; ac in frequenti ſtillicidio è gingivis in os; & excreatione ſanguinis ejuſque vomitu: itemque in homorrhoïdibus ani, ac fluxu copioſo menſtruorum rubello.

Venæſectio in morbis variis in quibus venam ſecuit Galenus.

196. ET in dolore capitis, vertigine, oris fætore, dolore dentium, & capillorum effluvio; membri contuſione, ac pollutione nocturna; articulorum dolore, & coryza: epilepſia, panniculo oculi, & ſugillatione ejuſdem; condylomate, & anorexia; itemque inciſo perinæo; & in dolore

dolore ſciatico ac ventriculi; nec non dolore pungitivo hepatis, ejuſdemque obſtructione.

Curatio morborum ſanguineorum.

197. INclina in curatione horum morborum ad curationem Synochi remediis: Educito bilem purgatione poſt venæ ſectionem; & cibo verge ad frigiditatem; recede autem à calidis cibis, & ab iis qui ſanguinem augent: Et accede nutrimento ad adſtringens & amara atque acetoſa.

198. Utere verò ſignis in hoc affectu (quæ ſunt) in capite de abundantia ſanguinis. Atque accede ad refrigerationem & exiccationem; (quæ quidem) operatio eſt Medici celebris ac grati.

Commemoratio morborum bilioſorum; de quibus retulit Galenus in arte curandi quod ſint calidi & ſicci.

 199. Morbi

199. MOrbi à bile exiſtentes ſunt: ulcera dyſenteriæ; permixtio mentis; ſuffocatio uteri; tertiana febris; dolor iſchiaticus; ſanguinis effluxus per inferiora; cephalalgia; tuſſis; & phlegmone corporis quæ prorependo diſpergitur; vehementia doloris in auribus, & multitudo ſcabiei in palpebris; atque in articulis ulcera & inflammationes; & vehemens in iis dolor ac cruciatus: itemque fiſſuræ digitorum, & paronychia; & maculæ lentium inſtar apparentes; nec non flavedo (corporis) in eo cujus dolent dentes; dolorque vehemens in veſica: Et amor inſanus, fluxus ſanguinis, aigilops; flavedo cutis ac papulæ; ſtigmata exigua nigra; & obſtructio in hepate exiſtens; inflammatio uteri, pleuritis, excoriatio, & proſtratio appetitus; itemque vertigo, & fiſſuræ labiorum, dolor uvulæ, paſſio cholerica, ulcus exedens, phyma, ac condyloma in ano apparens; ut & pruritus, morbilli, herpes, & eryſipelas, atque ulcera pulmonis.

Curatio morborum birioſorum.

200. IN talibus (morbis) curatione accede ad medicamen febris tertianæ, per eductionem bilis abſque phlebotomia; & contende in refrigeratione ad propoſitum in morbis, in quibus ſecta vena eſt, ſanguineis; ſpecialiter verò intende humectationem febris bilioſæ continuæ: namque hi (morbi) communicant cum ea in calore cæteroque omni, quod ſupervenit homini, nocumento.

201. Utere autem ſignis in hoc morborum genere, (quæ expreſſa ſunt) in capite de exuperantia bilis.

Morbi phlegmatici, quos refert Galenus in opere Curationis eſſe frigidos & humidos.

202. MOrbi qui ex phlegmate exiſtunt, ſunt e. g. tumores quos vides eſſe laxos; paralyſis, ac reſolutio; dolor capitis à frigore,

ac ſocordia; itemque ſcabies humida; teneſmus; tumores colli, ac ſtrumæ: Impetigo capitis; ac lethargus; & dolor frigidus in auribus; Vitiligo alba; lentigines parvæ; apoplexia; tuſſis humida, ac diſtorſio oris; elephantiaſis; appetitus ablatio; pediculi, craſſities in ano; lachrymæ oculorum, & oculorum inverſio; ac fætor axillarum; ut & ventris (inferioris) mala, qualia ſunt, lienteria, ac vermes; nec non difficultas partus, & ſecundinæ retentio; itemque dolor renum; febris quotidiana; frigus in liene, & in hepate; prominentia umbilici; & morbus quivis ex cauſa bili contraria; & dolor artuum, ac nigrities eorum, & viriditas externa, atque livor: nec non hydrops (quivis,) ſc. aſcitis, anaſarca, & tympanitis.

Commemoratio moderaminis curæ in morbis phlegmaticis.

203, IN hoc genere (morbi) accede ad curationem tempe-

ramenti frigidi & humidi: Et utere indicio in dignotione ejus, ſigno (nempe) phlegmatis exuperantis: Atque evacuato (corpus) iis quæ recenſui inter medicamenta evacuantia phlegma in tali morbo: Deinde autem intus adminiſtranda ſunt tali corpori ea quæ corporis habitum calefaciunt: atque in calefactione ſimul accede ad exiccationem, idque per cibum calefacientem attenuantem: Atque in ſumma, curationem inſtitue per calefacientia intus & foris; ad modum qui adhiberi ſolet in pharalyſi, è pilulis fætidis & decoctis.

Commemoratio morborum melancholicorum.

204. QUicunque morbus in corpore ineſt, originem habens à bile atra, eſt veluti verrucæ, febris quartana, hæmorrhoïdes, epilepſia; & quæ in naſo exiſtunt corruptelę, polypi, & ſpaſmi; itemque tormina ventris, cancer, vitiligo nigra,

 ephelis,

ephelis, capitis dolor, vigilia immoderata, tumor durus, lepra, corruptio cibi in ventriculo, tuſſis ſicca, flatus, durities in liene, morbus melancholicus in capite, & calamitoſa urinæ ſuppreſſio; dolor colicus, alopecia, & morbus ex canis rabidi morſu; Nec non lichen, lac coagulatum in ventriculo, hepar refrigeratum, morbus ex appetitu canino, fiſſuræ exiſtentes in ano; ut & calculus renum & veſicæ, & inflatio dolorem inferens ſupra pubem; itemque dolor flatulentus in ventre, & in lateribus; & flatus in capite atque in auribus; ſimiliter inverſio contingens in palpebris, atque arthritis exiſtens in pedibus.

Commemoratio curationis morborum melancholicorum.

205. INclina in hac ſpecie morborum ad curationem lepræ per medicamenta: Et utere ſigno in tali morbo è capite de abundantia bilis atræ: Atque evacuato (corpus) epithymo,

thymo, & eo quod humectat; eſtoque in eo quod facis attentus: Adhibe autem quæ temperamento calida ſunt & humida, ſicque ipſam curationem ritè adminiſtrabis.

SECTIO SECUNDA PRACTICÆ

Quæ eſt Chirurgia:

Ejuſque Diſtributio.

206. POſtquam abſolvi Methodi principium, nunc porrò aggrediar operationem manuum: Operatio autem aliqua inſtituitur in venis, tum magnis tum parvis; & alia inſtituitur in carne; & tertia operatio fit in oſſibus.

Commemoratio operationis (quæ inſtituitur) in venis, & utilitatis exinde in Venæſectione.

207. VEnarum genus quoddam eſt quod aperimus, ac aliud quod incidimus & amputamus.

208. Secatur autem vena mediana in omni dolore capitis & pectoris, velut item in tumore.

209. Et ſecatur cephalica in acutâ vehementia dolorum capitis, & narium hæmorrhagia.

210. Baſilica verò in curatione pectoris, & in affectibus qui pulmoni accidunt.

211. At dicta medjan (Mediana, potiùs ſalvatella,) in mala diſpoſitione ex morbis hepatis & lienis.

212. Et ſecamus funem cubiti ſi privemur corporis cephalicę conſpectu.

213. Secantur quoque venæ in temporibus ob continuum cerebri dolorem.

214. Et venę poſt aures ob hemicraniam, & antiquum capitis ulcus.

215. Secanturque venæ in utroque cantho, propter morbum in oculis exiſtentem.

216. Et vena ſupra os cranii ob ulcera ejus & tumores qui in ſuperficie ejus oriuntur.

217. Et ſecatur vena muſculorum colli poſteriorum (ab axillaris parte ſuperna prodiens,) in doloribus qui proprii ſunt in lepra.

218. Atque in curatione oculorum vena frontis, itemque in dolore capitis diuturno, ac ſcabie ejuſdem tineoſa.

219. Vena autem in occipite exiſtens in continua çephalalgia & ſcotomia.

220. Et ſecatur quandoque vena in extremitate naſi, propter puſtulas quæ apparent in fronte.

221. Venam ſub lingua ſecabis in tumore (faucium) & angina.

222. Secaturque vena poplitis in morbis partium ſub umbilico.

223. Et ſecatur ſaphæna in tibiis, propter morbum qui in fæmoribus deprehenditur.

224. Itemque vena iſcii ſecatur in morbis ejuſdem, & vena infimi pedis in ejuſdem affectibus.

De operatione circa arterias.

225. AMputamus verò arteriam

in cephalalgia, & doloribus oculorum, quando ſolliciti ſumus de deſcenſu aquę in oculos ob vehementiam ipſius morbi; & (ſolliciti) de tumore, qui oriatur ex illius apertione, cum non effluat ſanguis ab illius ſuperficie: (tunc ergo) ſcinde eam, & incide eam, aut elice ex ea (ſanguinem) ſecando eam ſi volueris, aut totam amputato: Ac prohibe ligaturâ aut cauterio fluxum ſanguinis qui promanat; & curato eam in modum quo curantur vulnera, donec videas hominem ſanatum.

Operatio ſecunda manualis: ſc. operatio per inciſionem in carne: & primò de ſcarificatione.

226. OPerationes circa carnem ſunt ſcarificatio, cauterizatio, & apertio.

227. Et ſcarificationum quidem alia operatio eſt quæ educit ſanguinem; alia verò quâ exſugimus eum per cucurbitulam.

228. Educitur per eam ſanguis ex ſuperficie,

ſuperficie, in corpore quod puſtulas & ulcera habet.

229. Quandoque autem cucurbitulas admovemus ſine ſcarificatione, ubi intendimus tranſlationem materiæ: & quandoque vacuas eas applicamus, quandoque verò goſſypio eas incendimus, ut conſumatur flatus è loco, ac rectificentur partes calefactione.

Commemoratio operationis per inciſionem carnis.

230. QUicquid incidimus ſunt v. g. verrucæ, clavi, hæmorrhoïdes; & quicquid de partibus extremis putreſcit; ſimiliterque polypus narium; itemque digitus abundans, aut adhærens; & palpebra oculi quando non eſt ſeparata; atque uvea ſi quando promineat; & operimentum virgæ (præputium,) quotieſcunque occluſum eſt: Ac caro ulceris quando corrupta eſt; & ulcus malignum quando computruit.

231. Inciditurque pars abundans lin-

guę, & id quod accidit in auribus.

232. Atque inciditur caro ſupra vitrum, & ſagittam, atque telum, dum educuntur.

233. Nec non præciduntur mammæ in hominibus, & varices in cruribus apparentes; & quicquid ex hæmorrhoidum genere eſt; & fiſtulæ quæ computruerunt: itemque adipes quæ nigredinem contraxerunt, & quod ex carnibus putrefactum eſt: Et quicquid ex uvula prolongatum eſt; & quicquid auctum eſt ſuper gingivas.

234. Inciditurque caro ob venam medinenſem (ideſt tibiarum dracunculos;) & quicquid obſtruit nobis aures: & omne quod nobis ſuccreſcit ſuper viſum; & ſi videamus oculi unguem; nec non præputium quod nigredinem induit, & anus qui obturatus eſt; Et condyloma, & palpebra inverſa, atque unguis; itemque penis hermaphroditi, & hernia umbilici.

235. Quotieſcunque autem quippiam incidis, ut adjumentum præſtes, ſimili-

ſimiliterque ſi extrinſecus quid incidat, utique cura ejus quod profunditatem habet per ſuturam eſt, & per cicatricem membrum quodvis conſolidatur.

Commemoratio operationis per cauterizationem in carne.

236. QUicquid cauterio inuris in corporibus, utique id fit ad ſiſtendum ſanguinem, (qui profluit) ex arteriis, & è venis expanſis magnis, quæ fatigant Medicum dum fluit earum ſanguis; & in corporibus humidis ad exiccationem, atque in carnibus laxis ad conſtipationem.

237. Cauterium quoque calefacit corpora frigida, & prohibet humorum affluxus, quatenus propellit.

Commemoratio aperturæ, quæ eſt ex operationibus manualibus in carne.

238. QUamcunque operationem inſtituis, utique ea fit ob materiæ illius cauſam quam educis: Ut

ſaniei quam educis è tumore, & putrefacti ſanguinis concluſi; vel aquæ in oculis, aut grandinis, vel aquæ in capite, vel glandulæ; vel hydropis, vel herniæ aquoſæ, ſimiliterque herniæ carnoſæ.

Tertia manualis operatio; quæ eſt operatio circa oſſa.

239. QUæcunque operatio inſtituenda tibi oritur in oſſa, eſt circa fracturam, vel luxationem.

240. Quamcunque autem reſtituis fracturam, utique ejus curatio fit per reductionem in ſuum locum.

241. Reſtitue autem fragmenta oſſium in ea ut coaleſcant, & exime quod pungit, ac unde dolor excitatur.

242. Atque conſtringe ea (fragmenta reſtituta,) prudenti operatione, ut non vehementer ea comprimas, nec laxa facias: Fiatque initium in medio eorum, indeque augeatur conſtrictio, donec deligati fuerint ſuper ea pulvilli complicati, quibus deſuper haſtulę ſint applicitæ.

243. Tenuiorem reddito victum ægri in initio, & pleniorem reddito eundem poſtmodùm, ut inſtauretur.

244. Et præſervato fracturam in initio protinus à tumore, (qui oriatur) per calefactionem ob ſanguinem qui influit in eam.

245. Reſiſte ei igitur quantum potes, ut arceas eum per quævis frigida, ita ut repellas eum.

246. Prohibe ægrum à motu, aut ſanus exiſtat (priùs;) Concilia ei in diuturnitate quietis patientiam.

Commemoratio Curæ luxationis oſſium.

247. LUxationi medere extendendo partem donec eam in locum ſuum reſtituas.

248. Poſtquam eam reſtituiſti, conſtringe eandem, & relinque ita ſpatio temporis quod ſcias determinare.

249. Admove ei medicamenta conſtringentia; & cibis acetoſis ne eum cibato: donec eum videas ſalvum à tu-

more,

more, & non metuatur collectio ſan-
guinis,

250. Minimum tempus quo eum ſa-
nes eſt unius menſis; & forſitan hoc
ipſum completur decies.

Atque jam abſolvi totam praxin;
& nunc finiam ſermone completo.

Abſolutus eſt liber auxilio Dei.

In nomine

In nomine Dei miſertoris miſericordis: Laus ſit Deo, Domino ſæculorum.

SELECTA MEDICA
(*ſeu*
APHORISMI)

JOHANNIS MESUAEI *conſcripti* ad Huneinum filium Iſaaci, cum dimiſſus eſſet è Conſeſſu ejus.

ARceat te Deus, ô fili circumſpecte, à loco dementiæ, ac confirmet te in via felicitatis, & copiam nobis largiatur adornandi te iis emolumentis, quibus te adornatum optamus, tibique ad id contentionem pariat, & deſideria tua juncta noſtris in te deſideriis compleat. Profectò, fili mi, non fuit mora mea quâ tibi defui, in (exhibendis) ſecretis medicis, quorum à me petiiſti ad te editionem, niſi ut exploraretur à me ſolicitudo

ſolicitudo tua, & quod deſiderarem conſtan-tiam in deſiderio tuo. Iam verò animad-verti in te ſigna patientiæ abſque ſimulationis fuco, à quo ingenuos cavere optamus; ipſeque negligens fui in reciproco alloquio tui. E[st] autem intentio tua ut ſcias invenire quo pacto devinciaris ei quod amore proſequeris, & con-tendas ad id quod expetis, tibi quidem haud-quaquam inacceſſum, at nemini præter tu[o] obvium. Faxit Deus ut deſiderium tuum conveniat ſuo beneplacito, ſitque utile culto-ribus ſuis: Creator noſter ſummus, glorio-ſus, hoc præſtare poteſt. Et nunc quidem ſcribo ad te, & alloquio te compello per Apho-riſmos, quos à me petiiſti: Deus autem au-xiliator eſto, ut conſequaris deſideria tua, qui ſors mea & fidelis procurator eſt. Atque nunc quidem, volente Deo, in illis exordiar.

1. CErtitudo in Medicina faſtigium quoddam eſt, quod attingi nequit; & curationis, quam libri proponunt, abſque exercitatione ſolertis Medici, judicium periculoſum eſt.

2. Anima

2. Anima naturalis (ſeu vegetativa.) juvat artem medicam, & natura ipſa directrix eſt: Et contrà.

3. Frequentia lectionis librorum doctorum Medicorum, & indagatio ſecretorum eorundem, emolumentum adfert: ideoque cuivis Medico ablatio magna hæſitationis eſt.

4. Vita brevior eſt quàm ut queat percipi operatio omnium è terra naſcentium: itaque curæ tibi ſint notiſſima ex iis de quibus conſenſus eſt, & relinque dubia, ac contentus eſto eo quod probatum eſt.

5. Cùm partes principales invaſerit morbus colliquando, prænunciat corporis extenuationem.

6. Cùm poſſumus quietum reddere humorem, & corroborare naturam, humoris attenuatione & reſolutione, meliùs eſt quàm ſi educamus humorem per ſeceſſum aut per vomitum, naturamque debilitemus, ſi non ſit (humor ille) vomitum concitans aut purgans, aut medicamentum debilitans naturam:

ram: Idque faciendum omni ſtudio, cùm tuti ſumus ne pellatur humor per ſedationem ad partem aliquam principalem; quod ſi verò non ſimus tuti componimus nos ad eductionem ejus humoris.

7. In convaleſcentibus è morbis ſi tumor externus prorumpat, non curabis eum tali medicamento, quod eum cohibeat, & materiam ejus repellat propter debilitatem partium eorum principalium: namque neceſſe eſt nobis ut corroboremus naturam eorum & partes eorum principales magis quàm neceſſe nobis eſt ut diminuamus materiam; & poſſumus quidem ſublevare iis humorem eductione ejuſdem; non autem poſſumus iis ſupplere id quod jure exigunt in refectione partium principalium & laſſitudinis earundem.

8. Habitantibus in quinto & ſexto climate plus ſanguinis educere licet: habitantibus verò in ſeptimo, primo, ſecundo, tertio, & quarto minus.

9. Si apoſtema in parte aliqua principali

cipali exiſtens non excitat dolorem, indicat naturam à regimine ſuo deſtitiſſe: præſertim verò, ſi fuerit à bile flava aut ſanguine, perrarum eſt non excitare dolorem.

10. Quorum corpora naturaliter frigida & humida ſunt, ad eorum corpora parum nutrimenti accedit; quod verò ex iiſdem exhalat minus eſt: Ventres autem eorum ut plurimùm lenes ſunt, & morbi tardæ curationis.

11. Corporibus calidis & ſiccis multum nutrimenti accedit; quod verò nutrimenti à corporibus eorum tranſmutatur copioſius eſt: ſuntque ventres eorum ut plurimùm ſicci, & morbi eorum velocis curationis.

12. Convaleſcentes ex ægritudinibus quotieſcunque è cibis appetunt id quod iis nocet, oportet medicum cogitare de ordinatione ejus cibi, & mutatione ejuſdem ad qualitatem convenientem, & non arcere iis id quod omnino appetunt.

13. Oportet ut medicus ſemper ægroto

groto polliceatur ſalutem, & de ee
ſpem illi faciat, quamvis ipſe diſpere
de eadem: namque temperamentum
corporis ſequitur animi conſtitutio-
nem.

14. Medici vulgares, temerarii, &
novitii, quique parùm ſolliciti ſunt, a
multum appetunt, homicidæ ſunt.

15. Oportet ut medicus non inter-
mittat quærere ægrotum de omni eo
quo poſſibile eſt ut generetur ægritud
ejus, tum intrinſecus tum extrinſecus
deinde judicet ſecundùm id quod præ-
valet.

16. Convenit nobis ut nitamur fid
præſtantiſſimorum in re magna qua-
cunque, quam cum difficultate aſſecu-
ti ſunt, præſertim Galeni, utque recti-
ficemus opinionem in iis, donec obtin-
gat ſcientia Medicinæ; tumque obli-
opinionis ipſorum, meditatione pro-
priâ perpendamus, id cujus verita
nequit atteſtari certa demonſtratio
namque id quo curationem inſtituimu
ſubſtantia ſubtilis eſt.

17. No

17. Non excipitur is, cui natura humana ineſt, ab errore; præſertim ſi magnum quid præſtare allaboret, aut ſubtile quid adoriatur.

18. Qui non juvatur principiis medicis, & ſcientiis philoſophicis, & canonibus logicis, & exercitiorum fundamentis, quique mundanis deliciis deditus eſt, utique hunc ſuſpectum habe, præſertim in arte medica.

19. Cum Galenus & Ariſtoteles conveniunt in re aliqua, ita eſto; in qua autem diſſentiunt, ejus aſſecutio intellectui valde difficilis eſt.

20. Animalis nutrimentum in frigido & humido conſiſtit; at vita ejus in calido & humido.

21. Temperamentum naturale eſt mutua quædam (qualitatum) vicinitas, ſeu latitudo,) ultra quam nulla fit ſeparatio (declinatio) actu.

22. Facultas vitalis, & facultates animales atque naturales, quæ in libris noſtris diverſis nominibus uſurpantur, una eademque eſt; differunt autem ſecundùm

cundùm differentiam ſubjectorum ii
quibus continentur.

23. Quemadmodum mores animi
& modi (ſeu figuræ) conformationis
hæreditarii exiſtunt à parentibus & ma
joribus ; ita quoque morbi diuturni
hæreditarii ab iis pendent ; præſertim
in membris principalibus.

24. Si curationem inſtituas eo quod
modiocri temperamento vicinum eſt
ejuſque odorem gratum reddas, ſitque
ſubſtantia ejus mediocritati vicina,
ſi quidem fieri poſſit ut ſimul ſit ex i
quibus nutritio inſtituitur, utique
potiſſimum eſt.

25. Colligatio animæ cum corpo
eſt ſecundùm unionem proportion
tam, quæ ipſam conſervat: ideoq
ne medicator per ea quę deſtruunt tem
peramentum validè, qualia ſunt fort
medicamenta, præſertim ſi fuerit
parte tertia.

26. Harmonia corporum animaliu
eſt ſecundùm modos harmonicos cer
numero determinatos: ideoque ne ir
petuoſi

petuoſus eſto in curatione per res validas, quæ immutant compoſitionem, & aperiunt corpora eaque diſſolvunt ac rarefaciunt, unde deſtruatur harmonia in harmoniam aliam.

27. Medicamenta conſtringentia aromatica, æqualitati vicina, appropriata ſunt conſervationi facultatum naturalium, & corroborationi partium principalium.

28. Accede in curatione tua ad illud quod corroborat virtutes naturales: namque ſi corroboremus eas, ſuppetias ferimus correctioni morbi; ſi verò ſuſque deque habeamus corroborationem earum, nihil nobis prodeſt noſtra metipſa correctio morbi per medicamenta.

29. Hepar & ventriculus duo ſubjecta ſunt conſtituta elaborationi nutrimenti naturalis, veluti proprium organum: ideoque cùm ea invadit ægritudo deſtruitur temperamentum corporis.

30. Morbi calidi pernitioſiores ſunt

frigidis, propter velocitatem motu[illegible]
ignis.

31. Cùm oritur in corpore ſymptoma aliquod, ne curationem inſtitu[illegible] per id quod noxium aut contrarium eſ[illegible] membris principalibus: namque ſi i[illegible] faciamus, nocemus eo ipſo quo exiſti[illegible]mamus non juvare.

32. Anima ſequitur temperamentum corporis: ideoque cùm oritur ægritudo aliqua, præſertim in membri[illegible] principalibus, ne omitte curationem animæ, eo quod olfaciat, quodque in[illegible]tueatur, & quo exhilaretur (æger,) ac demulceto aures ejus: hoc ſanè ingens caput eſt curationis.

33. Hauſtus eorum medicamentorum quæ operantur in ſummo capitis poſt cœnam & inſtante ſomno magi[illegible] conveniens eſt ad attractionem ex partibus altioribus, adeóque ad levame[illegible] ſenſuum: namque natura tunc in interioribus corporum noſtrorum (viget.)

34. Cùm morbus à mediocritat[illegible] valde declinat, non debet curari pe[illegible]
contrarium

contrarium ſuum valde declinans à mediocritate, præſertim in morbis partium principalium.

35. Convenit nobis ut non curemus partem aliquam, niſi per medicamentum quod vergat ad ſimilitudinem temperamenti ejuſdem partis, ſaltem parùm.

36. Convenit nobis, cùm poſſumus, ut non curemus partem aliquam niſi per medicamentum quod vergat ad ſimilitudinem ejus quo nutritur ea pars; ſique fuerit medicamentum alimentoſum melius eſt.

37. Curatio fit contrarii per contrarium, ſecundùm modum mutuæ repugnantiæ, non ſecundùm modum temperamenti.

38. Ægri debiles debent curari & nutriri eo quod facilè à natura ſuperatur, & vicinum eſt mediocritati in qualitate & quantitate.

39. Contentus ſit medicus paucis medicamentis, ut apud eum certa ſit eorum operatio: namque medicamenta

ſimplicia infinita ſunt, & ſtudium circa multitudinem eorum intenditur abſque aſſecutione veritatum juvaminum eorum. Proprietates autem ſuſpectæ ſunt: namque ex antiquis quicunque medicamentum aliquod invenit, quod quidem exercet operationem ſuam per naturam ſuam, exiſtimavit talem operationem eſſe per proprietatem aliquam, ideoque vocavit eam proprietatem.

40. Oportet nos mederi per medicamentum quodcunque ſecundùm rationem proprietatis ejus, ita ut non negligamus naturam ejus: quin & ſolicitè hujus ratio habeatur, fietque natura manifeſtior & magis cognita.

41. Separatio humorum quæ fit à natura ſecundùm modum ſalutiferum, hyeme & vere ſæpius contingit, æſtate & autumno rariùs: Curatio autem morborum unâ cum robore niſus naturæ magis ſalutaris eſt.

42. Præditi temperamento frigido & humido oſſa & nervos debiliores habent.

bent, & morbi eos invadunt celeriter, attamen facilis eſt curatio eorundem.

43. Præditi temperamento calido & humido intellectu validiores ſunt, & vegetiores ſenſu præ omnibus temperamentis.

44. Si in pueris prodeat phyma aliquod, oportet ut ſtudium intendatur in mundatione corporis ab eo, non autem repellatur materia ejus, propter debilitatem naturarum eorum, & multitudinem humorum uterinorum in iis.

45, Non debet ingredi in corpora validiſſimum eorum contrarium, id namque morbum producit ob vehementiam: Exempli gratiâ, Ventus vehementer frigidus uno eodemque die poſt aërem vehementer calidum; & econtrà.

46. Ægritudines calidæ in ſenibus magis formidabiles ſunt iiſdem in juvenibus; at curatio earum celerior eſt, vel ad bonum vel ad malum: Namque nutrimentum iis adveniens conficit ipſa natura in iis, inclinans ad frigiditatem,

ac ſimile temperamentis eorum, atque hac ratione facilior exiſtit curatio eorum; Vehementia autem metus earum eſt quoniam calor eorum radicalis debilis eſt, ideoque perferre nequit vim ægritudinum calidarum.

47. Ægritudines frigidæ in ſenibus difficilis curationis ſunt; in juvenibus autem facilis curationis.

48. Balneum & medicamentum temperatum liberat à re aliqua & ab ejus contrario; ſimiliterque facit potio.

49. Qui exercitio utuntur vehementi, debent quieſcere paululùm ante cibum; qui verò otioſi ſunt, debent uti aliquo exercitio ante cibum.

50. Labor intenſus & exercitium ſpecies doloris ſunt, ideoque qui iis frequenter utuntur non dolent ob plurimas ægritudines, quoniam hę dolorem iis non inferunt in comparatione ſui ad laborem & defatigationem eorum, donec fuerit dolor ægritudinis auctus ſupra dolorem laboris eorum.

51. Si juvenes convulſionem patiantur,

antur, rarum eſt hoc evenire præſente frigore.

52. In Medicamentorum vehementer calidorum contritione ac comminutione atque cribratione oportet ut ad ſummum non perveniatur.

53. Paralyſi ac convulſione laborantibus in climate primo, ſecundo, tertio, & quarto, ut plurimùm evenit id ipſum à defectu caloris inſiti, ejuſque declinatione à temperamento mediocri in quo conſiſtit ſanitas eorum, non verò ab exuperantia frigoris in iiſdem ſupra quantitatem mediocritatis ejus; ideoque non debet feſtinari ad purgationem eorum.

54. Cùm volumus trahere per medicamentum è capite, & cerebro, & organis ſenſuum, in pilulas majores redigimus ipſum medicamentum, & propinamus illud poſt cœnam, & circa tempus ſomni.

55. Cùm fuerint ſuperfluitates in ventriculo multæ, propinamus medicamentum in pulverem redactum & cribratum.

56. Cùm fuerint partes principales debiles aut ægrotæ, ac velimus purgare neceſſitate aliquâ coacti, clyſterem admovemus ægroto.

57. Cùm volumus dejicere ſuperfluitates ex inteſtinis, offerrimus medicamentum jejuno exiſtente ſpiritu, idque in pilulas redigimus recentes, molles, & jubemus inſtitui motum aſſumentis per inceſſum.

58. Cùm à longo tempore medicamentum in pilulas redactum eſt, atque induratum eſt, ne exhibeas illud donec humectaveris idipſum in aqua calida.

59. Omne medicamentum purgans neceſſariò educit bilem flavam.

60. Qui tranſgreſſi ſunt annum ſexageſimum, eorum medicamentis purgantibus non admiſcenda ſunt ea quæ dejiciunt bilem flavam: ne ita medicamenta eorum purgantia educant bilem flavam ex neceſſitate, & educatur quoque neceſſariò nonnihil de humoribus corporis radicalibus.

61. Qui-

61. Quibus membra principalia debilia ſunt natutaliter, eos evitare oportet medicamenta calida; & diætam iis præſcribe ita ut à mediocritate non longè recedas.

62. Si duæ res quævis artificialiter commixtæ potu aſſumantur, utique neceſſarium eſt ut utraque earum agat in corporibus noſtris, ſecundùm id quod ei naturale eſt: quodque generatur ab ea ſuperfluitatis & carnis ſimile eſt ei, quod generaretur ab eadem ſi aſſumpta eſſet ſimplex.

63. Convaleſcentes è morbis neceſſe eſt ut tractentur ſecundùm quantitatem temporum morbi eorum; at non relinquant ſimul in totum conſuetudinem ſuam (quæ erat) ante morbum, & mores ſuos.

64. Oportet medicum ſimilitudine ſe accommodare in curatione ſua ad operationem naturæ, quamvis producatur curatio, & difficulter procedat, & longè abſit; non autem curationem inſtituat eo unde provenit quippiam

præter adminiſtrationem naturæ: talia enim fraudulenta ſunt, velut Alchymia.

65. Oportet ægrotum acquieſcere uno aliquo Medicorum ex iis quibus fiducia haberi queat, & cujus errores ex parte intentionis ejus admodum pauci.

66. Qui conſulit in morbo ſuo multos Medicos, periculum eſt ut incidat in errorem aliquem cujuſque ipſorum.

67. Senibus cùm prorumpit tumor aliquis externus, utique convenit ut ipſum non repellas ob debilitatem naturarum eorundem ad reſiſtendum illi: Et ſanè expulſio humoris noxii foras quæ fit à natura eorum, ſummum eſt regiminis ejuſdem (naturæ) & extremum potentiæ ac roboris ejus. Neque etiam convenit ut attrahatur per vim medicamentorum validorum, præ metu ne exhauriantur corpora eorum unà cum evacuatione materiæ, ob multitudinem ejus quod ex iis exſpirat, factâ comparatione ejuſdem ad id quod convertunt naturæ eorum in ipſorum

corpora

corpora de alimentis: ſed conſtitue negotium in medio horum. Similiter pueris, quoniam facultates medicamentorum fortiores ſunt facultatibus eorum.

68. Convenit Medicis quando curant ægros, ut inſtituant reſtitutionem corporum ad conditionem ipſorum in ſtatu ſanitatis; non verò ad mediocritatem in toto genere ſubſtantiarum.

69. Cùm non exploratum habet Medicus temperamentum ægri in ſtatu ſanitatis ejus, non cognoſcit vim morbi ejus ex illius debilitate, neque procedit in curatione ejus ſecundùm id quod oportet.

70. Sapientem decet ut relinquat arrogantiam Medicorum, & vaniloquium eorundem circa vaſa urinaria, & non pudeat ipſum interrogare ægros: namque aqua mendaciſſimum ſignum eſt, niſi cùm fuerit ægritudo intra venas.

71. Cùm celer eſt Medicus in reſponſione ad omnem quæſtionem, utique ille ſuſpectus eſt.

72. Neceſſe eſt ut Medici noſcant conſtitutiones ægri in ſtatu ſanitatis ejus, & objecta deſiderii ejus; & eas quidem concilient illi, & horum illi ſpem faciant, animumque ejus ad ea excitent.

73. Inter ea quibus paralytici juvantur, eſt, ſi corporibus ſuis admoveant calorem actu, præter calorem ignis, veluti calorem juvencularum è fæminis adoleſcentibus.

74. Si conveniant inter ſe duo medicamenta naturâ & operatione, præſtat ut curatio inſtituatur eo quod gratius eorum eſt odore, & propinquius eorum habitudine (mediocritati,) & dulcius eorum quoad naturam ſapore.

75. Receſſus à conſuetudine noxius eſt, ac difficilis, præſertim ſi inveterata ſit.

76. Quemadmodum res quælibet non coquuntur niſi aquâ & igne, eodem modo cibus in ventriculo non coquitur niſi aquâ & calore inſito.

77. Oportet nos purgare humores medica-

medicamento quod non longè à mediocritate recedat, prę metu ne abhorreat ab eo natura, illudque expellat feſtinanter, abſque ut facultatem conſequatur in humores, & validum ſit eos attrahere

78. Ex iis quæ Medico conveniunt, ſi velit purgare humorem qui eſt intra venas, eſt, ut medicamentum ſupponat, atque circa id cogitet de aſſimilatione ejus cum nutrimento, ut arripiat idipſum natura, ac pervenire faciat ad venas, non verò averſetur illud; utque ita facilis reddatur eo ipſo egreſſus humorum: namque, ſi fuerit qualitate validum, debilitat naturam, eique adverſatur.

79. Cùm volumus purgatione educere humorem, præcedimus in ſolutione ejus ac motione ejus aliquot diebus per medicamenta alimentoſa, & alimenta medicamentoſa, & per abſtinentiam, deinde purgatione educimus eum.

80. Nulla nobis neceſſitas eſt balnei

ut refrigeremus calidum, aut calefaciamus frigidum; ſed ut plurimùm neceſſitas nobis eſt, ut ſolvamus, ſudores moveamus, diſcutiamus, exiccemus, atque humectemus

81. Plerumque nobis opus eſt theriacâ ut diſpergamus, & diſcutiamus, ac diſſolvamus, atque mundificemus, neque verò alium in finem: non concedimus autem eam pueris, nec ſenibus, nec infirmis, nec juvenibus, niſi parum ejus.

82. Morborum qui in ſuperficie corporis exiſtunt curatio feliciùs ſuccedit tempore veris & æſtatis; contrà verò, qui in interioribus corporis.

83. Morbi qui oriuntur à defectu qualitatis & quantitatis, haud pauciores ſunt iis morbis qui oriuntur ex earundem abundantia: ideoque peccant Medici celeri acceſſu ſuo ad purgantia.

84. Cùm medicamentis utimur quę non educunt purgatione humorem requiſitum, quæque natura planè ſuperat, utique hæc convertit ea in corpore in

re in ſubſtantiam corporis, aut mutantur in humores noxios, generantque morbos.

85. Præditum temperamento ſano ſi mutaveris ad mediocritatem oritur morbus.

86. Natura valida motum exercet: ideoque ſi fuerit corpus validum, ac velimus naturam mundare ab humore, movemus eam medicamentis extremè ei adverſantibus.

87. Inter ea quæ Medicos decent, ſi ad certitudinem appropinquare optent, eſt ut componant unicuique morbo medicamentum cognitum ſecundùm facultatem ſolertiæ ſuæ, & extremum acumen ingenii ſui.

88. Unicuique rei ſub orbe Lunæ, in quocunque gradu, movetur in hoc ipſo proprius orbis, ſecundùm quantitatis valorem, nec revertitur ad eundem unquam in æternum.

89. Non eſt id, quod ad medicinam ſpectat, res exigui momenti: namque leviſſimus morbus in contemplatione,

ſubinde

ſubinde eſt difficillimus morbus, & maximè occultus; & maximè occultus morbus in contemplatione ſæpe eſt læviſſimus morbus ac viliſſimus in curatione.

90. Non oportet Medicum feſtinare ad judicium de morbis, niſi poſt ſolidam inveſtigationem, ſolicitudinem, ſolertiam, & conjecturam veracem.

91. Si Medicus contentus fuerit experimento, abſque ratione, fallitur.

92. Nullus morbus eſt inter morbos, quin neceſſe ſit ut interrogetur in eo æger.

93. Febres omnes ſunt calor recedens à natura; diſtinguuntur autem in vehementiores & debiliores pro ratione materiæ ſuæ. Atque idcirco neceſſe eſt ut reſiſtatur febri bilioſæ refrigeratione forti; quartanæ verò refrigeratione leni.

94. Cui accidit defectus in membro aliquo vel per morbum ante nativitatem vel à cauſa quacunque extrinſeca, non redit membrum illud ad optimam conſtitutionem ſuam unquam.

95. Morbi diuturni, & debilitas in membris, hæreditate transferuntur à parentibus; at deficiunt tamen, ſi unus parentum fuerit bene ſanus.

96. Non eſt firmiter fidendum præſtanti alicui juveni in ardua ſolicitudine circa medicinam, donec pervenerit ad grandiorem ætatem & expertus ſit.

97 Qui morbum habet diuturnum, ſi urina ejus fuerit ſimilis urinis ſanorum, atque maneat urina ejuſmodi, illius ſanè morbus ille non curatur unquam.

98. Medici conditio moderata eſſe debet, non in totum huic Mundo adverſa, nec in totum à futura vita averſa; ita ut ſit media inter aviditatem & religionem.

99. Quem genuêre parentes atque avi juniores, ejus membra principalia validiora ſunt aliquo modo, & natura eorum ſana eſt; & contrà.

100. Quem genuêre parentes & avi, & proavi in ætate ſenili, eorum membra principalia debiliora ſunt, & natura eorum imbecillior.

101. Quemadmodum combuſtio velox eſt rebus calidis & humidis, ita quoque morbi velociter invadunt eos qui ſunt talis temperamenti.

102. Si oriantur in aëre mutationes ab humiditate veris copioſa, oriuntur æſtate morbi, ſc. variolæ, febres, exanthemata maligna, ulcera: quorum autem ventres purgantur in præſervationem, ii ſalvi evadunt.

103. Qui abhorret ab odoribus gratis, nec dulcedine percipit ſapores dulces, utique denunciato corruptelam temperamenti ejus.

104. In omni regione per ventum qui nubes excitat, replentur capita incolarum ejus vaporibus, & per eoſdem ventos oritur illis coryza, atque per eos turbantur ſenſus eorum.

105. Si frequens ſit in regione quacunque nebula, utique morbi putridi frequentes erunt in corporibus incolarum eo anno.

106. Jejunium in æſtate extenuat corpora, & colorem flavum reddit:

generat

generatque bilem atram, ac debilitat
viſum.

107. Quæcunque regio longiùs abſt à maribus, & ad meridiem vergit, corpora incolarum ejus ſicciora ſunt.

108. Velocitas concretionis ſanguinis in aëre eſt ob exceſſum terreſtris ſubſtantiæ in eo; & contrà.

109. Naturalis habitudo quatuor anni temporum in omni regione, cùm ſol ad quartas orbis ſui partes accedit, non eſt eadem: namque alicubi hyems eſt, alicubi æſtas, alicubi ver, & alicubi autumnus: Atque eam ob cauſam differunt temperamenta, & animi mores, & conſuetudines.

110. Exemplum ejus rei: quo tempore ver eſt apud Ægyptios, eſt æſtas apud Indos; & iis qui habitant ſub Æquatore duæ ſunt hyemes, duplex ver, duæ æſtates, duo autumni quovis anno, ideoqoe multiplicantur arbores eorum, & læti ſunt fructus eorum, & profundæ ſunt meditationes eorum, & plurima bona.

111. Mu-

111. Mulieres quarum congreſſus & concubitus plerumque contingunt ſu per latus dextrum, rarum eſt quòd generent puellas.

112. Gravidam bibere medicamentum purgans, debilitat membra principalia embryonis toto vitę ejus ſpatio.

113. Qui frequens eſt & diu perſiſtit in congreſſu cum mulieribus à poſterioribus earum, id efficit ut ſibi procreet ex iſtis mulieribus filios hermaphroditos, & Sodomitica ſcorta, præſertim ſi illud in ſeipſam mulier expectat.

114. Si cui nulla ſit circa mulieres voluptas, frequens autem ſit ut voluptatem capiat ex ſuccubis viris, is meritò apud ſe ſolicitus eſt.

115. Quemadmodum morbi ſunt ex abundantia & quantitate & in qualitate ſua, ita quoque certi morbi ſunt per defectum ſuum: ideoque peccant Medici in celeri ſuo acceſſu ad purgationem evacuationem in omni ægritudine.

116. Res quæ odore percipiuntur

pra

præſerrim à quibus aſcendit halitus, adjumento propiora ſunt cerebro iis quę potu aſſumuntur.

117. Ex mutatione ſtellarum fixarum in longitudinem & latitudinem mutantur naturæ, & temperamenta, & conſuetudines.

118. Secundùm differentiam latitudinis regionum differunt temperamenta & naturales habitudines, & conſuetudines, & naturæ ciborum ac medicamentorum, ita ut quod eſt in gradu ſecundo ſit in gradu quarto, & quod eſt in quarto ſit in ſecundo: atque huic rei ſimilis eſt differentia quæ eſt inter id quod hortenſe, & quod montoſum ac ſylveſtre eſt.

119. Oportet ut unguenta & emplaſtra, quæ unicuique membro accommodantur, ſint vicina conſtitutioni temperamenti ejuſdem membri.

120. Bilis atra in juvenibus non eſt purganda medicamentis fortibus: namque ea pauca eſt quantitate, debilis qualitate, parumque devincta corpori.

121. Si

121. Si poteſt medicus ſanare ci...
abſque medicamentis, utique jam...
fortunam proſperam incidit.

122. Si quis ſtato conſuetudinis te...
pore à vomitu & purgatione longè a...
ſit, ſitque ipſe ſanus, & ſalubri...
(tale quid) oriatur, ne celeriter ...
acceſſus ad inhibitionem ejus.

123. Flatus in corporibus à vap...
diverſi ſunt, at pauci inter hæc duo ...
ſtinguunt.

124. Urinæ ſignificantes ſanitat...
in quovis homine non ſunt unæ eæde...
que colore neque conſiſtentiâ: Co...
poſitio temperamentorum ſanitat...
denotantium in quovis homine non ...
una eademque in quantitate nec in q...
litate.

125. Cùm non exploratam ha...
Medicus urinam ægroti in ſanitate ej...
non propè attingit ipſum verum in ...
ratione ejus.

126. Convaleſcentibus ex ægritu...
nibus, itemque ſenibus & pueris, ſi...
mor erumpat, ne curationem ejus ...

ſt i...

ſtitue eo quod cohibeat materiam validè, aut vehementer eam repellat, neque eo quod humorem attrahat, eumque validè educat; ſed conſtituatur negotium medium inter hæc.

127. Si obruatur intellectus à ſiccitate & frigiditate in cerebro exiſtentibus, immittito in cerebrum ſuffitus aromaticos, calidos, gratos, extrinſecus & intrinſecus, atque ad iram concita ægrum, ut attollantur habitus è corpore ejus per augmentum caloris in ira.

128. Senes ſi conſueverint in ætate juvenili ſanguinem educere quatuor vicibus in anno, quando pervenerunt ad quadrageſimum annum tribus tantùm vicibus (id agant,) cùm attigerint annum ſexageſimnm duabus vicibus, cùm attigerint annum ſeptuageſimum, unicâ vice tantùm; deinde verò abſtineant.

129. Senes abſtinere debent à ſectione venæ cephalicæ poſt annum ſexageſimum, à ſectione venæ medianæ poſt ſeptua-

ſeptuageſimum, venæ baſilicæ poſt ſe-
ptuageſimum quintum.

130. Qui educunt ſanguinem in æta-
te juvenili eductione copioſâ frequenti
cùm tranſgreſſi ſunt annum ſexageſi-
mum refrigeratur calor eorum, & pa-
ralytici fiunt, præſertim verò qui ſun
temperamenti frigidi.

131. Conſervatione virtutis conſe-
vantur membra principalia, ac non re-
cipiunt materias, & corroborantur fa-
cultates ad expulſionem eorum; at c.
ſu virtutis debilitantur membra princ-
palia, ideoque recipiunt materias,
debiliores ſunt facultates quàm ut e
poſſint expellere.

132. In quo conveniunt Medici,
cui ratio atteſtatur, quodque expe-
entia confirmat, id tibi ante oculos pr
poſitum eſto: Et contrà.

Atque jam obtuli tibi, ô fili mi, ſele-
ea quæ petiiſti à me, iis autem felix eſto,
fiduciam iis adhibe, ac ſecundùm conclu-
nes eorum operationem inſtitue: Nam
jam animadverti te idoneum judicio, & c.
gra

gruum propriæ electioni. Rogo autem Deum ut te juvet, & confirmet in eo quod ſperas, quodque nos tecum ſperamus. Et ne intermitte, fili mi, abſolutionem ejus quo oblectatur anima mea præ emolumento hujus Univerſi, libri (nimirum) ingenio præclari, utilitate magni, cujus tranſlationem adornâſti in linguam Arabicam, quem conſcripſit inſignis per auxilium divinum inſtaurator, ſolidus judicio, Galenus excellentiſſimus, qui appellavit eum nomine libri Artis curandi; id ſanè quo felices reddidit Medicos, & illuſtravit juvamentum ſuum apud eos. Laus autem Deo, qui hanc tibi conceſſit eminentiam ut ipſum inveſtigares, & ſublimiores reddidit cogitationes tuas, ut ad illum aſſurgeres, & inſpiratione te inſtruxit ad quantuatem (capiendam) utilitatis ejus & præſtantiam ingenii ejus: Atque ipſe eſt ratio tua in omni quod ſperas, & optimus curator.

Finiti ſunt Aphoriſmi filii Meſuæi; ac laudatus ſit Deus laude copioſâ; & gratiæ illi redditæ ſunto devotâ gratiarum actione: non eſt Dominus præter illum.

ANTONII DEUSINGII

ORATIO PANEGYRICA

De

FELICITATE SAPIENTVM

Habita Groningæ. 23. Auguſt. 1649.

Nobiliſſimi & Ampliſſimi D. D. Curatores; Illuſtris et Excellentiſſime Domine Coronæ & Reginæ Suecicæ Ex legate & Conſiliarie; Magnifici & ſplendidiſſimi D. D. Proceres, Patriæ Patres; Reverendi, Conſultiſſimi Experientiſſimi ac Clariſſimi D. D. Profeſſores, Collegæ honorandi, Venerandi ac vigilantiſſimi D. D. Paſtores; Viri Hoſpites omnium ordinum ac dignitatum nobilitate, humanitate, & eruditione ſpectabiles Tuque generoſa ac florentiſſima ſtudioſæ Juventuti Coronæ.

QUartâ tandem vic impræſentiarum, dum annus Academicus i circulum revertitur hanc cathedram ſolen nibus dicatam actibu conſcendo: cùm nempe die hoc anni verſario, ſolemni Academię natalibus quo ſub exordio hujuſce decurrent anni, coram illuſtriſſima Panegyri, la borioſo moleſtoque oneri Rectur Academicæ in hoc illuſtri loco ſubmi

ver

vere humeros coactus ſum, ſimiliter committam onus idem Succeſſori. Inaugurationibus interea in Medicina habitis bis publico ex hoc ſuggeſtu præfui ſermone: Ac veluti ſolemni pro recepta conſuetudine præfatione, regimen florentis Academiæ ſum auſpicatus, ſic florentiſſimam eandem dictione publicâ, pro more, ſucceſſori tradam. Quod nec frequentiâ nec diligentiâ quid hactenus deceſſerit Reipubl. huic litterariæ, dum plures undique ſuccreſcunt novæ Academiæ ac Scholæ publicę, eſt equidem quod nobis gratulemur; ac interim, ſub liberalitate ſplendida magnificaque Præpotentum ac Illuſtrium D. D. Ordinum Provinciæ Groningæ & Omlandiæ, labores D. D. Profeſſorum indefeſſos vidimus, notavimus, nec ipſimet pro noſtra parte noſtræ hîc Provinciæ defuimus: dum ſingulari hac ſedulitate noſtrâ omnes, quotquot munia hîc Academica obimus, veluti certatim ſtudioſam Juventutem & allicimus &

detinemus; at ſingularem interim vinam gratiam, quâ noſter labor f ctum copioſiorem nactus eſt, agnoſ mus ac celebramus. Rectura iſtoc n ſtræ anno auctus fuit Nobiliſſ. & A pliſſ. D. D. Curatorum numerus, lici præſagio augmenti mox ſubſeq turi tum circa Profeſſorum ordine tum circa privilegia, immunitat atque ornamenta Academica illuſtr ra: dum generoſiores illos D. D. C ratorum ſpiritus non fore otioſos no jure meritóque perſuademus. P motiones iſtoc anno habitæ ſunt, Ampliſſimi Senatus Academici C ſulto, nec pauciores quàm fortaſſe àſs triennio, nec minùs honorifi quàm ullibi, ſi juxta reliqua impri rigida examina, quæ hîc præmitti lent, indeque eruditio Candidator probè expendenda ſit. Nec verò ca iſſe ſingulari omine videtur, quod Rectura Medici perrara fuerint fun Academica: dum interim medela m lis variis in bono ordine conſtituen

ac reſtituendo paſſim eſt adhibita. Invidiam, ut fieri ſolet, ſæpius ſuſtinui, imprimis apud inconſultiores, cùm, quando ratione muneris id quod agendum mihi fuit ſolus præſtiti, tum quando ipſamet conſulta Academici Senatus executioni dedi: in quibus omnibus id ſtudui indeſinenter atque ſedulò, ut bono publico intentus omni modo, inculpabilem haberem conſcientiam & coram Deo & hominibus. Sic verò interim paternam lenitatem ac humanitatem, ubi diſciplina exercenda fuit, temperavimus cenſuris, ut nec fomenta vitiis dederimus, nec rigidiſſimè delicta quævis expenderimus: quandoque multa condonantes juvenili imprudentiæ, cùm emendandi morum ſpem concepimus. Quod ſi moleſtiora etiam implicitaque gravioribus laboribus & curis aliquando ſuſtinuimus, ut ſolet ludum noſtra hæc Magnificentia vocari ſplendida miſeria, calamitati ea Sapientum ordinariæ, nimirum tali quæ non turbet Sapientis animum, vel la-

tum unguem à convenienti tramite di
moveat, cum meliori ratione accen
ſuimus: Ac interim non ſumus ull
territi moleſtiis, quò minùs ageremu
conſtantiſſimè quod noſtri eſſet mun
ris, quod in commune bonum cura
noſtram ac induſtriam probaret, quo
eſſet gratum probatumque Academi
Senatui: Conſtanter juſti atque æq
tramitem ſecuti ſumus; ac quò coll
mant omnia, ſalutem litterariæ Re
publ. privatis præferendam commodi
ſupremam ſemper legem duximus:
ad felicitatem veram Academicoru
Civium, conatus omnes ſedulò dire
mus: ut nempe veram ſibi compa
rent ſapientiam & à perverſi vulgi n
xiis erroribus interiora animi avert
rent. Ad quem eundem ſcopum in
præſentiarum quoque ſi collimem
ctione publicâ, ſi viam publicè demo
ſtrem, quâ ad felicitatem veram det
aditus, nil magis dignum illo muner
quo hodie defungor, vel magis ſtud
ſæ Juventuti utile ac neceſſarium pr

ſt

ſtari poſſe cenſeo. Huc nempe univerſa noſtra cura Academica, huc omnis diſciplina eſt intenta, ut vel felices noſtros cives faciamus, vel certè infelicitatem arceamus atque propellamus. Hanc verò ad felicitatem viam jure meritóque Sapientiæ & eruditionis ſtudium indigitamus, quod ſolum ducit ad felicitatem perfectiſſimam; ac cujus comparandæ atque inſtillandæ causâ omnia, quæcunque fortè duriora & auſteriora delicatioribus videntur, diſciplinæ Academicæ attemperatæ ſunt. Paterno cuncta animo, tum quę amœniora ſunt morigeris, ac ultrò ſapientiam quærentibus, tum quæ acerbiora judicantur refractariis, ad ſapientiam conciliandam animis accommodantur: Eóque ſpectant omnia, ut, quod impedimenta generandæ ſapientiæ conſtituit, in prima herba exſcindatur; quod verò promovendæ ſapientiæ inſervit, promoveatur atque foveatur. Ad inſtitutum verò præſens dictionis noſtræ ſatis erit, ſi ipſos Sapientes verè

feliciſſimos oſtendero, quos nec cal[illegible]
mitas nec ulla infelicitas conturbe[illegible]
cùm nempe demonſtravero, hanc eſſ[illegible]
ſapientiæ fideliter inſculptæ animo cu[illegible]
perfectiſſima felicitate copulam, ut ne[illegible]
mo verè Sapiens infelix eſſe poſſit; ne[illegible]
contrà quiſquam verâ gaudeat felicit[illegible]
te, qui genuinâ ſapientiâ deſtituatu[illegible]
Hoc verò dum aggredior nequaquam
ſua laus ſuuſque honos detrahendus e[illegible]
felicibus ingeniis, quæ viros erudito[illegible]
plurimis calamitatibus expoſitos co[illegible]
tendunt, ut nempe ad felicitatem a[illegible]
ſpirantes muniant in anteceſſum cont[illegible]
varias moleſtias, quæ ex adverſo vi[illegible]
ad felicitatem adducenti ſeſe ingerunt
improvidoſque forſan aliquo terror[illegible]
commovent. Sunt nempe gradus ad fe[illegible]
licitatem veram aſpera, adverſa, ac c[illegible]
lamitoſa varia, ut ipſa eruditio cenſe[illegible]
da demum gradus eſt ad ſapientiam
quin imò, maximis calamitatibus ex[illegible]
ercita felicitas refulget elegantiùs
haud tamen interim adverſa ipſa ſe fel[illegible]
citati miſcent: Hæc ſemper emine[illegible]

ſublimiùs

ſublimiùs; ac eſt in eo magna pars felicitatis veræ ſita, quòd quidem Viri Sapientes ſentiant hujuſce ſæculi calamitates varias, at magno & conſtanti animo eaſdem ſuperent, nec terreantur aut frangantur ullibi adverſitatibus: Sic nempe per adverſa eluctamur ad felicia, ut finis Sapientiæ ſupremus, à quo & media ſunt æſtimanda ſemper, & qui conſtanter mediis auſterioribus dulcedinem conciliat, ſit ipſamet felicitas. Eſt certè æquè abſonum cenſere infelices Viros ſapientes, quod plurimas adverſitates ſuperent, & de evictis variis calamitatibus triumphent, ac ſuam ipſimet felicitati genuinam gloriam detrahere. Non hominis ſed bruti animantis foret, ſolis ſenſibus dijudicare hominum negotia, ipſaque media, quę ſæpe ſunt auſteriora, atquę interea ad finem optimum dulciſſimumque ſunt intenta, ſimplici intuitu, nec verò ut ad finem meliorem ordinata ſunt, expendere. Nequaquam rationis id judicium cenſeri poteſt, quo

ſc. vel virtus ipſa horrida apparet, qu
quæ pulcherrima, abominanda forſ
judicatur: quippe quę per ardua pr
cedit ad ſublimia, quę per anguſta di
mum ad auguſta tendit. Eſt equide
Eruditorum ea ſors vulgaris, ut [a] qua
tâ Lunâ, quod communi dicitur pr
verbio, prognati videantur, ac ut cu
Pyrrho poſſe conqueri credantur,
[b] Herculis infauſto ſidere progenito
quòd quò calamitates plures ſuperan
eodem plures ac acerbiores in eoſde
facto agmine cooriantur. Nimirum
maxima eſt inter viros eruditionem ſit
entes ac mundanę aurę ſectatores di
crepantia; ut qui à Mundo paſſim ar
mum abducunt, hi Mundum ſibi mag
adverſantem ſentiant; & qui felicit
tem ſuam ſibi intus quęrunt, ac eande
in præcordiis ſtabiliunt immotam, in
mutabilem, ac ſolidam, dum anim
tranquillitatem anteponunt rebus cæte
ris, iidem tempeſtates exteras frequen
tiùs excipiant, ac ſæpiùs adverſitate
hujus ſæculi cogantur experiri. Qui

a Euſt. in lib. Iliad. ε. b apud Luc. Tiernus.

&, divinâ Providentiâ ſic ordinatum eſt, ut ipſum pietatis atque probitatis ſtudium plerumque plurimis adverſitatibus, miſeriis, calamitatibus, ac variis moleſtiis, per quas divinum numen meliores animos exercet, excitetur atque vigeat; ratóque hujus ſæculi felicitas, quæ non ſit interrupta luctu & calamitatibus quàm plurimis, amicè ſociata ſit cum animi felicitate vera ac conſtanti. Hinc verè

Nunquam bella probis, nunquam certamina deſunt;
Et quicum certet mens pia ſemper habet.

Sic paſſim cum Apoſtolo eandem experimur ſortem, quotquot in Mundo hoc peregrinantes ſupra Mundum nos abducimus, ac meliori ſapientiæ ſtudemus: Inambulandum paſſim [a] *διὰ δόξης καὶ ἀτιμίας, διὰ δυσφημίας καὶ εὐφημίας*, per gloriam & dedecus, opprobria ac laudes; ut triſtes ſumus, attamen gaudentes, veràque intus geſtientes voluptate. Raró vera atque genuina ani-

[a] 2. Cor. 6.

mi felicitas habere locum deprehendi-tur, ſicubi non externa aliqua calamitas, eaque ſæpe varia ac multiplex, affligat, vel varia fortunæ inconſtantia ſe ingerat: Ut verè miſer ille reputandus jure meritóque videatur, qui nunquam miſer vulgo judicatur; qui vitam tranſiens non invenit adverſitatem ullam, qui adverſarium non experitur: dum enim ſub felicitate tali fallaciſſima torpeſcit animus, ut ad felicitatem veram ſe non exerat, reverà plus quàm miſer eſt, qui ita vulgò felix æſtimatur. At verè felix ille judicandus eſt, qui mediis tranquillus eſt in undis: cui nempe conſtans eſt interna animi felicitas, dum extus variâ calamitate vel maris proceloſi undis agitatur. Sunt equidem quàm plurimę calamitates Sapientibus cum hominum communi ſorte reliqua communes, quę certè nequiquam calamitatum rationem induunt, præterquam ubi vera Sapientia non eſt contemperata animis: Ac plures ſæpe angunt imperitum vulgus hujus ſæculi

adver-

adverſitates, quòd eas moderatrix illa animi facultas, ſapientia, non dirigat. Hic ſanè, ubi ſapientia non dominatur, ſi quædam ingruat calamitas, calamitas reverà eſt, quam nempe ratio ſublimior, felicitatis veræ genetrix & & aſſecla non moderatur, nec ad ulteriorem ac præſtantiorem finem dirigit: At ſi in Sapientes incidat adverſitas, ſi varias ſuſtineant calamitates, anſa naſcitur, quâ ſapientia in publicum ſe exerat, veraque intus confirmetur animi felicitas: Nil verò ſapientiæ vel ſapientibus adverſitatis accidit, quin idem infra ipſam ſapientiam ſubſiſtat, quæ ipſa omnibus adverſitatibus ſublimior reverà moderatiora reddit omnia. Interea in Paradoxis quoque animi luxuriantes aliquam fertilitatem ſui comprobare ſæpius inſtituunt; nec verò expers eſt utilitatis univerſæ, quod ad ingeniorum cultum & exercitationem comparatum eſt: Plus ſæpe artis & ingenii requiritur, ut fictis quædam veri ſpecies addatur, quàm ut probentur

rationibus veriſſima. Sunt & Viro[illegible]
maximorum quædam nugę vel inep[illegible]
non penitus ineptę vel inutiles ;
planè horas inutiliter triverunt ma[illegible]
Lumina, quæ vel pediculi vel aſini [illegible]
comia ſcripſerunt ; quin & nonnu[illegible]
forſan eſt ſolatio, quòd neque lau[illegible]
ſuę deſint podagrę, vel febribus qu[illegible]
tanis ; ac ſanè ſapientis viri eſt deſi[illegible]
entibus morię laudes & encomia [illegible]
pingere ; quin imò utile fortaſſis id [illegible]
ſapientibus : Sic ſanè ſapientum inf[illegible]
citatem ſpecioſâ dictione promulga[illegible]
eſt ſtultis aliquod ſolatium afferre,
iis demulcere pectus, qui animi & [illegible]
tellectus impotentiores dudum fruſ[illegible]
ſapientiam affectant, vel ſapient[illegible]
cenſu per deliramenta excidunt. Qu[illegible]
imò tali dictione commodiſſimè fuc[illegible]
ſapientia arguitur : ut nempe non fui[illegible]
verè felix oſtendatur, qui præconc[illegible]
ptâ aliqua felicitate excidit ; Ac int[illegible]
rim hoc agitur, ut propiùs ad veram ſ[illegible]
pientiama dſpiret, qui ſe calamita[illegible]
ullâ ſentit obrui. Sic prudentiſſim[illegible]
calamit[illegible]

calamitas eruditorum inculcacur, ut eruditio in Oratore ſit illuſtrior, ac vividum ingenii acumen ſeſe exerat. Qui vel de vanitate omnium ſcientiarum perſcripſerunt, non illico vel ſuam vanitatem prodidiſſe, vel omnem ſapientiam riſiſſe, ſunt cenſendi; ſed quaſi aliud agendo eruditionis magnam ſibi quæſiviſſe gloriam. At nobis prę ſimplicitate noſtra ſimplicior dicendi ratio arridet impræſentiarum, quâ rei veritatem ſimplicem ſic Juventuti proponamus, ut vel hebetiori ſenſu ſit palpabilis, ac verę eruditionis conquirendę ſtudium alacrius in plurimorum animis exurgat. Sed ne ſub ſpecioſo Sapientum titulo ac nomine decipiamur: Non ſunt exiſtimandi illico vel Sapientes vel Philoſophi, ſeu ſtudioſi Sapientiæ, qui vultus ſingularem gravitatem prę ſe ferunt: fictitia nimirum ſæpenumerò imago gravitatis eſt, quam ſibi arrogantia indocta ſumit. Nec verò Sapientes illico cenſendi ſunt, qui ad menſuram certam formant geſtus corporis,

poris, ac quaſi geometricâ proportione gravem dirigunt inceſſum. Nam & qui per tripudia ſe venditant artifices, ac hiſtriones paſſim, eâ ſpecie prę veris ſapientibus præcellunt: Nec pallio vel togâ eruditi æſtimandi ſunt: nam & ſub togâ eruditionem mentiente diffuſiſſimam, non rarò iners ac ignavum vulgi pecus deliteſcit: Nec barba quidem ipſa ſapientiam deſigant, cùm neque hircus corniger procerâ barbâ deſtitutus ſit: Nec tandem cani pili ſemper & ubique virum probant, quamvis in Viro verè Viri decus augeant, ac ubi caput verè eruditum atque prudens occupant, reverà venerabilis ætatis ornamentum prædicent: Eſt verò ſua quoque ſtolidis canities, quę per naturam eſt familiaris ipſis aſinis; ac ſunt nonnulli ſenes numero annorum, pueri moribus; quandoque & in juvenili pectore ſenectus habitat, quæ ad virtutem eſt & eruditionem. Sunt item qui magnificè ſermonem ferè ulnis metiuntur, ac qui ſeſquipedale

voce.

voces paſſim profernnt ; haud tamen eruditis ideo annumerandi. Nimirum, velut rectè Epictetus eos nugivendulos, qui ſolâ barbâ atque pallio, vel ſpecioſis ſplendidiſque verbis ſe Philoſophos oſtentant, conſuevit ſapientes appellare ἄνευ τοῦ πράττειν, μέχρι τοῦ λέγειν, *factis procul, verbis tenus*: ſic certè ſummo jure omnes eos, qui externam aliquam imaginem aſſumunt Sapientum, non niſi ſimias humanam rationem mentientes vocitamus. In quorum cenſum illos etiam referimus, qui tantùm ex præſcripto alieno ſapiunt, maluntque cum Veteribus errare, quàm cum Recentioribus in ipſam veritatem propiùs inſpicere. In illo item grege numerandi ſunt, qui pſittacorum inſtar tantum ſapiunt, quantum memoria, quam fortè brutis animantibus ſunt nacti parem, ſuggerit, nil rationis propriæ vel ſolidi judicii interſerentes. Sed neque verè Sapientes ſunt, quos ita ſtolida ſuperbia exagitat, ut ſolos ſe eximios exiſtiment, ac poſt ſe temnant

temnant alios : Hæc ſanè ſapienti
ventoſa nimis eſt , nil verè ſolidi in ſe
continens , quę nempe plurimùm inan
tatis in ſe nacta eſt. Haud unqua
verè ſapientis animum inhabitat ſupe
bia; ſed cedit lubens dignioribus V
ſapiens , injuſtam arrogantiam ac pert
naciam abeſſe procul jubet : Haud t
men ſuam dignitatem ipſe negligi
nec ſe promiſcuè cuivis ſorti hominu
ſubmittit. Haudquaquam verò Sap
entum numero eſt accenſendus , q
ita vili abjectoque reperitur animo ,
per impuras paſſim adulationes , q
nempe proprię Paraſitorum ſunt , h
militatem quaſi ſimulans ubivis, ſapie
tiam profanet , ipſumve decus Sapie
tum conculcandum pedibus exhibea
Reverà ſemper humilis at non ſerv
mente eſt Vir ſapiens , conſtanti rati
ne ſuum tribuit cuique, ac pro conſtar
ingenuitate ſua debitos honores dign
tribuit : de ſemetipſo ſentiens humi
ter , at non abjectè tamen , ſuis D
minis , Superioribus , & Optimatibu

reip

reipſâ, non per adulationes, probat ſuam obſervantiam, æqualibus ex opere amorem ac facilitatem in officiis, inferioribus cum moderatione juſta manſuetudinem, humanitatem omnibus ac ſingulis, demonſtrat: Reverà namque ſapientia humanitatem fert in vertice, vel certè ipſamet humanitatis vertex eſt. Ac velut radii ſolares, quò directiùs perſtringunt ſummitates capitum, eódem faciunt minorem noſtri umbram; quò verò ſunt obliquiores, eódem umbram reddunt longiorem; ſic quò in altum magis vera ſapientia exurgit, eodem umbram breviorem efficit, ut de ſe ipſo ſentiat contractiùs, qui altiorem gradum eruditionis aſſecutus eſt; quò verò abeſt longiùs à vertice, eódem ſtulta arrogantia ſe longiùs diffundit, ipſaque arrogans invidia fit inſolentior. His quidem notis ficta ſapientia à vera facilè diſcernitur. Commiſeratione verò digni ſunt, haud ſapientibus annumerandi, qui, cùm pro modulo ingenii quantillum eruditionis

nacti ſunt, ſe planè culmen ſapienti... jam ſuperâſſe, ac cum Apolline Mu... ſiſque in ſublimi habitare opinantur... hæc quædam ἀῤῥωςία eſt τῆς διανοίας... ac diſcendarum rerum quædam igno... rantia, non ſemper cum ſuperbia con... juncta: Eſt ſanè ſapientię defectus e... major, quò magis ipſa ignoratur igno... rantia: nec malè dictum eſt à Cicero... ne, [a] hanc unam omnem eſſe ſapien... tiam, ſi quis non arbitratur ſeſe ſcire i... quod neſciat; qua equidem de cau... Socrates Apollini ſit dictus omnium ſa... pientiſſimus. Sunt item qui profund... eruditi ſunt, at in profunditate quada... cogitationum ſuam omnem eruditio... nem intus cohibent; nil ſapiunt in pu... blicum, nec in commune bonum ſu... ſapientiâ quid conferunt: Hi cert... veram ſapientiam nequaquam aſſecu... ſunt: Ut nempe ſolis ſplendor in oc... culto eſſe nequit, nec coërceri eju... poſſunt radii, quin clarum lumen pu... blico affundant, ac undiquaque orb... patulo impertiant ſplendorem; ſic ul...

ver

[a] 1. *Acad. quæſt.*

verâ ſapientiâ refulget animus, non poteſt ſui claritatem non communicare: Perrumpit certè tandem eruditionis fulgor, nec horizonte preſſus in perpetuum abſconditur. Sunt verò alii, qui verè fatuis luminibus aſſimilari poſſunt, reverà ſapientię vim igneam, quam mentiuntur, non habentes: qui nempe paſſim aliis, & in negotiis ad alios ſpectantibus videntur ſapere; at domi ſuę ac in propriis negotiis deſipiunt: ſic lucent Polypragmones, ac qui ingenia erratica circumferunt: qui ſanè & ſeducunt ſectatores; & cùm in ſe nativam lucem non obtineant, mox ſuâ ſponte evaneſcunt: Hi certè penitùs è Sapientum cenſu ſunt eliminandi; & ne ab hiſce imperiti rerum ſeducantur, notâ publicâ ſignandi ſunt: Reverà autem infelices tales ſunt, quòd nec quietem ullibi inveniant, nec ſuis ſatientur curis & inquietudine. Ad idem Pſeudoſophôn genus referendi ſunt, qui Sophiſtarum nomine indigitantur: qui non tam rebus veritati adaptandis, quàm

quàm captionum variis ludibriis, a
dictionum tricis conquirendis, ſerm
ſus atque animum indulgent. H
paſſim laqueis ingenia ſuſpendunt, &
irretiti ſuis tricis, ultra verba nihil ſa
piunt, inanitatum ineptiſſimi magiſtri
Sub iſtoc grege meritò cenſendi ſunt
qui meris omnia opinionibus invo
vunt, ac in materia quacunque affe
ctatè dubitantes modò ajunt mod
negant; nimirum qui id agunt pr
virili ſua, ut planiſſimam ad Sceptici
mum atque Atheïſmum viam ſte
nant, ac quorum unica hæc eſt ſcien
tia, quòd nihil certò à mortalibus ſci
tur. Hi ſanè ignorantiæ ſupinæ ſu
doctores, hoc ipſo magis infelices
gnorantibus aut planè fatuis, quò
per præcepta ipſa ac doctrinam, qua
inſtillant, omni ſtudio, ut ignorent
omnia, laborent. Sunt denique è nu
mero virorum ſapientum expungen
omnes ii, qui præclarè diſſerunt de re
bus variis, ac contemplatione volvu
omnia, divina, humana, quæcunq
ſci

ſciri & quæ agi poſſunt; at manum tamen operi non admovent, ut ipſimet virtutum actionibus præluceant diſcentibus. Haudquaquam ſine ratione Seneca, [a] Nullos, exiſtimat, pejus mereri de omnibus mortalibus, quàm qui Philoſophiam, velut quoddam artificium venale diſcernunt: dum aliter vivunt, quàm vivendum eſſe præcipiunt: Sic dicamus, inquit, ut quæ fuerunt verba, ſint opera. Certè Sapientis eſt, non modò dicere, ſed agere: Ac ſapientiæ ipſius lex primaria hæc obſervanda eſt, ne comptæ atque commodæ orationi vita ipſamet diſſentiat, ſed verbis opera concordent. Profectò anima ipſius ſapientiæ eſt ipſa vita hominum; ipſæque demum actiones rationi conſentaneæ, reverà virum ſapientem probant. Hoc ipſum innuit Diogenes, [b] qui, cùm hortatus eſſet juvendam ad Philoſophiæ ſtudium, eidem reſpondenti, ſe idoneum non eſſe ſapientiæ; Quid ergo vivis, inquit, ſi nulla tibi rectè vivendi cura eſt? Eſt ſanè

a Epiſt. 18, b Ex Laërt.

ſanè demum vera ſapientia, quę acti- nibus ad normam rectæ rationis inſ- tutis ſemetipſam probat. Hæc ea e- quam Socrates, cùm Sapientes hal- rentur, qui ſe dabant meris conte- plationibus, ac verbis ad ſplendorem affectatis ſapientiam jactabant, è ca- derivâſſe dicitur, ac terræ incolis i- pertiviſſe: Hæc vera Medicina eſt quę animis medetur; hæc eſt quę d- trahit ſolicitudines, hæc liberat cu- diratibus, hæc denique timores pell- Hac qui inſtructus eſt, divina ſimul humana meditatur; ac ita vitam u- verſam ordinat, ut divinorum medi- tione gaudeat, humana verò om- virtutis actione moderetur. Hac S- pientiâ imbutus animus, à ſui co- templatione, dum ſcrutatur ea q- divina ſunt, exordium diducit; quantum in caligine hac Mundi dat- eſt humanæ menti, illud Antiquor- γνῶθι σεαυτὸν, ut nempe ſemetipſ- propiùs ac intimè cognoſcat, ſedu- rimatur. Hoc namque fundamenti

ſolidi-

ſolidum felicitatis ſuæ judicat, quòd ſui habeat notitiam. Sic ergo Sapientis animus, dum contemplando incorporea, impatibilia, divina, impermixta, atque immortalia, in ſuas actiones interim intentus eſt, ſe verè eſſe incorporeum ac impatibilem, divinum, impermixtum, atque immortalem colligit: Ipſeque Sapiens ſe judicans ex ſuo animo, ſe verè id potiſſimùm non ſine ratione cenſet, quod divinum in ſe atque immortale invenit, quod quoad cœtera excellens ſupra ipſammet naturam rerum in ſe ipſo deprehendit: ſe quidem animali corpori per naturalem copulam arctiſſimè conſociatum eſſe ſentit; at interim non eſſe ſic materiæ implicitum, quin ſeſe ſupra corpus evehat, & per abſtractas operationes propiùs angelicarum mentium conſortio, ipſique Numini divino, ſocietur. Se nempe propriam in ſeſe obtinere ſubſiſtentiam, quâ & à corpore ſit ſeparabilis, ac diſſoluto corpore non pereat. Hæc ma-

gna pars felicitatis viro ſapienti eſt,
quòd ſciat ſe è vera patria peregrinari,
dum manet in hoc corpore, dum iſtam
domum luteam inhabitat; quam demum morte deſerit, cùm migrans è
tugurio hujuſce carnis id univerſum
exuit, quod ſentit eſſe corruptibile;
ut in abſentia terreni corporis divini
Numinis præſentiâ fruatur, in cœleſti
patria, ut ædificium inhabitet indiſſolubile, quod ipſa Dei manus fabricata
eſt. Quin &, à ſemetipſo ſeſe erigens vir ſapiens, ac ſurſum ad autorem atque conditorem ſui ſe reflectens,
ac per divinæ ſapientiæ potentiæque
hanc imaginem, quam ipſa Mundi
pulchritudo, ac divini operis abyſſus
repræſentat, aciem intendens cogitationum, per cœlum, per terram, per
maria diſcurrens, ac univerſum æthera perluſtrans, per ſpatia abyſſi undiquaque ſe dimittens, cum Luna terram
ambiens, cum Sole ſplendidis ſideribus ſe miſcens, atque beatarum mentium beato choro ſeſe implicans, im-
menſitatem

menſitatem ſummi Numinis, ſummamque Entis entium ſimplicitatem, omnia in ſeſe actu eminenti complectentem, admiratur; æternitatem porrò ejus colligit; perfectitudinem abſolutiſſimam, ac ſanctitatem ſuſpicit; independentem veneratur nutum Numinis liberrimi; omnipotentiam, quâ facta ſunt quę cernimus, & quę indefinitè fieri poſſè cogitamus, quâque conſervantur omnia, ſimulque ſapientiam ac bonitatem infinitam ſummi Numinis agnoſcit: Divinitati ſemetipſum implicat, ac ſui Creatoris in ſe ſplendidiſſimam imaginem obſervans, ſe ſanctitati dedicat, Deique Creatoris ac Conſervatoris ſui cultum meditatur: In ipſo autem ſummi Numinis intuitu, ac contemplatione rerum divinarum, ſeſe recreat, felicitatem hauriens indeſinenter è felicitatis infinitæ jugi ſcaturigine. Hæc viri ſapientis eſt felicitas! hæc conſtans eſt felicitas! quam nec ſolicitudo, nec anguſtia, nec quæ præſentia, nec quæ futura

ſunt, nec hominum invidia, nec Dæ-
monum fallacia, nec temerariæ fortu-
næ inconſtantia, nec animæ à corpore
divortium, à ſapiente Viro tollit, quam
nulla hujus ſæculi calamitas evertit.
Hinc rurſum ad ſe rediens Vir ſapiens;
& in hoc corporis ergaſtulo ſe intuens;
agnoſcit ſe hîc præſtitutum animal
corpori, ut ejus facultates moderetur:
παθήματα inordinata dirigat; ac quò in
ipſis actionibus refulgeat honeſtas, or-
dinatum modum animi affectibus im-
ponat. Hinc Sapienti pars felicitatis
non temnenda eſt, quòd tali modera-
tione polleat, conſtantiâque fretus ſit;
ut nec mœrore ullo animus tabeſcat;
nec metu futurorum concidat; nec
gaudio procaci inſolentiùs ſe efferat;
nec cujuſcunque deſiderii immodico
ardore enervetur. Hinc mater omnium
virtutum, ac ipſius veritatis atque ho-
neſtatis diſcernendæ oculus in intelle-
ctu Sapientis eminet *Prudentia*; quæ
ipſam ſuſcitat in animo Intelligentiam;
quæ robur addit Sapientiæ; Scientiæ-
que

que ſuas vires ſubminiſtrat, quæ certam normam Artibus humanioribus, ac diſciplinis omnibus præfigit. Hinc *Fortitudo* vera animi, quę Viro ſapienti propria, ſe exerit: quâ & Conſtantia in rebus ratione commodâ nitentibus ſervatur; quâ exſpectationi futurorum Patientia firmatur; quâ Tolerantia adverſis ſuum robur minuit; quâ Confidentia per ſtabilitam rationem lubricam temeritatem procul eſſe arguit; Perſeverantia confirmat rationis inſtituta; ipſaque Magnanimitas, quâ Sapiens imprimis eminet, honores ſuo jure poſcit ſibi debitos, nulliſque arduis ac difficilibus terretur. Hinc *Temperantia* ſe miſcet animo, è qua virtutum plurimarum decus nitidiſſimè refulget; quâ Cereri & Baccho ſuus impetus inſanię retunditur; quâ Veneri tolluntur ſtimuli libidinis; quâ & Superbiæ & Arrogantiæ radices primæ præſcinduntur; quâ Manſuetudo & Humanitas humanam indolem demonſtrant; ſuoſque ſales verbis atque geſtibus

ſtibus Urbanitas immiſcet. Hinc de-
nique *Iuſtitia* bilancem manu tenens æ-
quum ab iniquo dirimit, ſuumque
omnibus ac ſingulis conſtanti ac perpe-
tuâ propenſione animi deſignat: dum
Liberalitas ſubſiduum pro facultate co-
pum ac pro dignitate meriti affundit in-
digentibus, nec poſcit quicquam ultra
æquitatem debiti; dum ſplendor opu-
lentiæ ſimulque dignitatis præfulgenti
publico id ſumptuum, quod circum-
ſtantiæ magnificæ definiunt, expendit:
dum Gratitudo in beneficos retribui
affectum; dum Obſervantia ſuperiores
ſuſpicit; ipſaque Pietas divinum Nu-
men gerit ante oculos; in verbis deni-
que factiſque ſeſe exerit Veracitas.
Hæc ſanè pars pulcherrima felicitati
eſt, quâ homo homini felicitatem ſu-
am comprobat! Hoc animi præſidium
pulcherrimum, quo ſenſitivo corpori
mens Sapientis ſociata, ab infelici-
tate arcet partem hominis deteriorem
totumque hominem felicitati inſerit.
Non levis ſæpe colluctatio, in hoc vir-
tutum

tutum exercitio, cum ſenſitiva facultate rationi obnitente, Sapientis animo exoritur, quâ tamen victor Sapiens, ceu per triumphum gloriam majorem obtinet; ipſaque mens nobilior felicitate ſuâ hoc munimen ſibi exſtruit, ut magnitudine conſilii, adverſitatum tolerantiâ, fortunæ lubricæ contemptu, virtutibus quibuſvis denique, ceu mœnibus circundatus, nequaquam expugnari queat ullâ violentiâ. Eſt equidem ſic homo conditus à Conditore Deo, ut inter bruta animantia angelicaſque mentes quaſi medius ſit conſtitutus: Illa ſolo appetitu ſenſitivo impelluntur, nec turpitudinis nec honeſtatis rationem ullam in ſe obtinentes, ut nec felicitatis ullo modo ſunt capaces: At mens angelica non niſi purus intellectus eſt, cupiditate rapiente rationem in tranſverſum deſtitutus: In homine cum intellectu appetitus ſenſitivus ſociatus eſt: hinc fit quòd ſæpenumerò invitam rationem trahat nova vis, aliudque cupido, mens aliud ſuadeat;

deat; luctaque non rarò exurgat inte[r] facultatem ſuperiorem præſidentem[que] inferioremque rationi ſubditam: qu[â] quidem luctâ ſi ſuccumbat ratio cupi[-] dini, deterior fit homo brutis animan[-] tibus, quę nempe quâ coërceant cupi[-] ditatem facultate altiori deſtitut[æ] ſunt; quòd ſi cupidinem peſſundet ra[-] tio, Vir ſapiens præ ipſis Angelis, qu[i] quòd non ſint compoſiti oppoſitis, vi[-] ctoriâ ejuſmodi gaudere nequeunt[,] prærogativam quandam ſibi vendicat. Sic ſanè Sapientis animus, converſu[s] ad corpoream hanc facultatem, cui il[li] ligatus eſt, hinc itidem felicitatem ſib[i] invenit. Nimirum, velut rerum di[-] vinarum contemplatio beatitudine exi[-] miâ perfundit virum ſapientem; ſi[c] humanarum proba meditatio, ac pru[-] dens actio, à parte altera felicitatem auget. Mens Sapientis ſemetipſam in[-] tuens, ac ſurſum ad ſuperiora ſe con[-] vertens ſupra Mundum eſt, fortunam ſibi habens ſubditam, vel certè abſque animi inquietudine, poſthabitis fortun[æ]

eaſibus felicitate merâ ſe oblectans: At intuens mortalia, ſeu ad materialem facultatem menti miniſtrantem ſe convertens, appetituum enormitatibus prædominatur; & actiones honeſtati congruas inſtituens, beatitudinem in ſemetipſa operatur: Sic undiquaque felix eſt vir ſapiens, ac voluptate ſuavi ex felicitatis fonte promanante rigans animum, calamitate nuſquam contriſtatur. Quòd ſi fortaſſe ingruant vel urgeant adverſa, ac moleſta animo, nequaquam in obliquum à conſtantia ac genuino tramite virtutis ſeſe dimoveri Sapiens permittit: Conſtanter etenim [a] decreti ſui ratione nixus, cum adverſitate ipſa colluctatur, nihil largiens affectibus, nec ut plerique faciunt inſipientes, ejulatur atque lamentatur, ac ſeſe miſerum & infelicem clamitat: quantumvis aliquando [b] edat fervidos anhelitus, & gemitus intenſiores, ſigna nempe & indicia non victi & oppreſſi ab adverſitate, ſed

a A. Gel. lib. 12. c. 5. b A. Gel. ibid.

eam vincere ac valido molimine opprimere nitentis. Sic ratione ſaniore ac conſilio conſtanti fretus, judiciis de ſeſe vulgi temerariis nec læditur nec commovetur: quin imò. nihil turpius exiſtimat, quàm Sapientis curas ac ſolicitudines, vel animi tranquillitatem potiùs, à ratione multitudinis inſipientis definiri; cenſetque eum qui perverſæ imperitæ multitudinis cenſurâ è tranquillitatis ſuæ ſtatu dimovetur, vel ab errore vulgi pendet, neutiquam Virorum Sapientum cenſui annumerandum eſſe, nec inter magnos viros eſſe reputandum. Contemptum ipſum jure meritóque temnit Sapiens, cùm ſupra hanc fortunæ ſortem ſit, quâ genuinæ dignitati ejus quippiam extrinſecus accedat, nil ſupra ſuam ſortem expetit vel ſupra ſua merita; ut adeò contemptus nihil ipſi detrahat, ſed recidat in contemnentes, in quibus arguit vel ignorantiam vel injuſtitiam, quę quidem quò cordatis viris magis manifeſta ſit, eodem viri ſapientis decus reddi-

tur illuſtrius Profectò, quod prudenter judicatum eſt à Tullio circa C. Lælium: cùm ſapiens ac bonus vir ſuffragiis negligitur, reverà potiori jure populum à bono Conſule, quàm illum à deſipienti populo repulſam ferre, id ſane paſſim in neglectu quolibet virorum Sapientum ac Prudentum locum obtinet. Hinc pulchrè Diogenes, ad cænam aliquando invitatus, negabat ſe venturum; ac roganti cauſam, quia, inquit, heri mihi non ſunt actæ gratiæ. Indignus certè ornamento Viri Sapientis eſt, nec dignus ſapientiâ, qui non pro dignitate ſapientes æſtimat: & qui neglectui exponit Viros Sapientes, is ſe non poſſidere ſapientiam oſtendit, nec cultu dignum ſupra vulgi merita; at interim contemptus ipſe Sapienti nihil dignitatis detrahit: Qui enim ſapientiâ nutritum pectus gerit, in eum nec injuriarum impetus ferociores robur obtinent, nec prævalebunt ei infernales furiæ. Ut grando durioribus illiſa tectis reſilit,

non ſine ſtrepitu, at ſine omni no[illegible]
tamen; ſic utique injurioſi impetus i[illegible]
viros ſapientes fruſtra ſunt: Quin imò
ut cœleſtia in hominum arbitrium n[illegible]
incidunt, nec vim à violentis manibu[illegible]
experiuntur; vel, ut divinitati n[illegible]
officiunt, qui auſu temerario & impro[illegible]
bo divino Numini ſacrata templa d[illegible]
ſtruunt; ſic quicquid fit adverſus ſapi-
entem virum petulanter, vel protervè
fruſtra illud omne inſtituitur, ipſam[illegible]
que ſapientiam non tangit. Non ſen[illegible]
tit fulgura tonitruave ſupra nubes alt[illegible]
ùs in cœli regionem eminens Olym[illegible]
pus; radicem ejus forte imbres allu[illegible]
unt, ad verticem ſupremum non pe[illegible]
tingunt: ſic viri ſapientis animus live[illegible]
re eſt ſuperior; laciniam duntaxat ej[illegible]
ultimam injuria attingit. Quid m[illegible]
rum igitur, ſi nec injuriis commove[illegible]
tur admodùm; ſed patienter ferat in[illegible]
quorum impotentiam? Ut erga ægro[illegible]
ſuos Medicus affectus eſt, ſic erga ho[illegible]
mines veſanos Sapiens: deliria, phre[illegible]
nitidem, ſcurriles impetus ac maled[illegible]
cta[illegible]

cta, petulantiam, ac quævis alia, tranquillo atque patienti ſuffert animo: hoc tamen agit interim, ut impotentiæ ſuccurrat, ac cohibens veſanos impetus, fortaſſe ſanitatem meliorem animis inſanis reddat. Perpetuum dictamen ſapientiæ hoc reſonat in Sapientum animis: Præſtare perpeti injurias, quàm aliis inferre. In qualibet fortuna Sapiens ſe ipſum ſapienter gerit: Cùm rerum affluit ubertas atque copia, non tumet, non ſuperbit: Divitias ad uſum poſſidet, at iis animum non implicat: Externa tantùm propriȩ virtutis adminicula exiſtimat fortunæ bona copioſiora, quȩ nec virtutem augeant, nec viri ſapientis dignitatem altiùs extollant: fucatam aliquando ſpeciem felicitatis novit illa addere; at quȩ plerunque plus diſpendii virtuti verȩ afferat, dum rationi meliori fucum facit; quàm præſtet ornamenti. Hinc neque paupertatem metuit; ut neque rerum affluentiâ reſtrictâ contriſtatur: in ſeſe namque obtinens perfectionem ſu-

am, ſeſe ipſo ac virtute ſuâ acquieſcit: Hinc ſi impedimenta extus urgeant: interna nunquam illi deſunt adminicula, per quę interna functio virtutis vigeat, præſidiumque validum felicitatis ſuſtentetur. Quandoque cum fortuna ipſa concertare Sapiens aggreditur: ac ne perdatur à divitiis, divitias ſubinde ſuâ ſponte perdit atque deſerit: theſaurum retinens reconditum in animo, qui per naufragium cum poſſeſſore enatet, qui mente meliori ſalvâ ac ſuperſtite non evaneſcat. Quòd ſi fatales caſus ingruant exilii, privationis amicorum, ac junctiſſimorum, ſecum habitat vir ſapiens, ac in ſe ipſo invenit ſolatium, conſortioque intus fruitur virorum optimorum, qui monumentis clari ſunt, ſuique gratam reliquêre poſteris memoriam. Cum hiſce fovet jucundiſſimum commercium, ac in præterita recurrens ſæcula immiſcet ſeſe cætui virorum excellentium, quos immortalis fama conſecrat æternitati. Mox diſputat cum Socrate; mox cum

Carneade

Carneade in dubitationem ſe immittit; ſubinde & quieſcere cum Epicuro lubet; vel vincere naturam hominis cum Stoïcis aggreditur; cum ipſa rerum univerſitate gaudet in conſortium cujusvis ævi pariter incedere; cum Muſis univerſis omnia pervolvit; cum ipſo Deo habitat, ac beatarum mentium conſortio ſe vindicat à ſolitudine. Quod ſi eum quæcunque alia calamitas domeſtica affligat, ſi fortè mala uxor, dominandi impio pruritu, ac libidine imperitandi, minitetur crucem conjugi, (quod quidem malum eruditis frequens eſſe audio,) in hac calamitate ipſa invenit vir ſapiens, quo ſaltem ſuam patientiam exerceat. Fert æquo animo infirmitatem conjugis imperatricis, & tanquam vanos ſtrepitus audiret, murmura rixoſæ ſociæ manſueto excipit occipite. Condolet equidem commotiori animę; ac interim ſe nullâ parte commovens, in aëra abire æquanimiter permittit impotentioris animi rixoſa verba, tanquam minimè ad

ſe.

ſe ſpectantia: & dum amore intimo di-
lectę conjugis infirmitates ſublevat, ii
animi commiſerationem potiùs admitt
verba ex præcipiti commotione prode-
untia, quàm ea vel commoto animo ex-
cipiat, vel in reciprocam contentionem
rapiat: per firmiorem rationem, quâ re
ſplendet, rationem in uxore ſuſcitat, &
blandimentis conjugalibus commoto
ſpiritus demulcet. Hac Sapientiâ illu-
ſtris fuit Socrates Philoſophus, qui cru-
cem habuiſſe dicitur domeſticam Xan-
thippen, [a] uxorem admodùm moroſam
atque jurgioſam, irarum & moleſtiarum
muliebrium per diem atque noctem ſca-
tentiſſimam: Cujus mulieris in mari-
tum intemperiem miranti Alcibiadi, a
Socratem interroganti quidnam cauſ
eſſet, cur mulierem uſque adeò acer-
bam è domo non exigeret? reſpondi
Sapiens, quum illam domi talem pa-
tior, inſueſco & exerceor, ut cætero-
rum quoque foris petulantiam injuri-
amque feram æquo animo. Sic item
prudentiſſimè eſt à Varrone [b] dictum.

[a] *A Gell lib. 1. c. 17.* [b] *in Satyr. Mennip.* Uxor

Uxoris vitium aut tollendum eſſe, aut ferendum: qui tollit vitium, commodiorem reddere uxorem; qui verò fert, ſeipſum meliorem. Sic nec domeſtica calamitas calamitoſa Viro Sapienti eſt, ſed verè ad felicitatem ejus eminentiorem confert! Hæc porrò Sapientis eſt conſtantia, ut neque cruciatu ullo corporis, nec morte ipſâ violentâ à virtutis tramite dimoveatur. In Anaxarcho evidens exemplum afflictionem tolerantis Sapientię notare eſt: Is enim à Nicocreonte Cyprī tyranno in mortareum lapideum conjectus, cùm jam piſtillis ferreis contunderetur, Tunde, tunde, inquiebat, Anaxarchi follem; Anaxarchum enim minimè tundis. Nimirum, ſupra machinam corpoream mens Sapientis eſt: quæ dum in corpore terreno habitat, ejuſque miniſterio ſubinde fruitur, à corpore interea abſtracta eſt; nec adeò vim patiente corpore, vim in ſe percipit vel violentiæ ſubjicitur: Agnoſcit equidem vir ſapiens ad ſeſe corpus ſu-

um

um attinere, ac ſua eſſe organa corpo-
rea; at verò incolumitatem ſui nom
corpore pendere: ſe vivere vel ſine
corpore, & interempto corpore,
ſuam in ſe immutabilem felicitatem
poſſidere, quam nulla vis externa di-
ſtruat; ſe in latronum manus non inci-
dere. Nam, novit ſe non eſſe id quod
cernitur, in quod inſultus violenti in-
cidunt; ſed quod obtutum oculorum
effugit, quod præſtitutum corpori
ſeſe manet impatibile. Quæcunque
tandem à tyrannis ipſis ingruat fortuna
ea ſolum corpus afficit; in Sapientis a-
nimam, quæ ipſa Sapientis eſt eſſen-
tia, non penetrat: Quicunque u-
get caſus, ſuâ ſeſe innocentiâ ac prob-
tate fulcit Sapiens, ut neque mor-
ipſâ terreatur. Hinc animo conſtan
Socrates, cùm ſcelerata ſui populi d-
mentia ſententiam de ejus capite tuli-
ſet, ipſeque forti animo, ac vultu in-
perterrito, veneni potionem à carnifice
jam acceptâſſet, admoto ori poculo
uxori inter fletum atque lamentatione

excla-

exclamanti, innocentem eum perimi, Quid ergo, inquit, ᵃ an nocenti mihi mori judicâſti ſatius? Hæc magna Viri Sapientis in articulo extremo mortis ſe exeruit felicitas, quâ verè ſuis inſultavit hoſtibus tyrannis, ac ſceleratæ injuſtitiæ damnavit ipſos judices! An verò talem Virum è felicitatis ſuæ ſtatu ægritudo ulla corporis dimoveat? Eſt equidem Virorum ſapientum hæc conditio, ut, dum ſe animus ab organis corporeis frequentiùs abducit, ac ſine miniſterio ſubſervientis facultatis ſenſitivæ meditatur velut in abſtracto, non jam ſemper & ubivis curam gerat corporis, quâ exactiſſimè hujuſce incolumitatem tueatur. Hinc in corporea compage tardiore, atque animæ vegetioris impetus non aſſequente, morbi ſæpenumerò complures pullulant; ac cauſę cumulantur in viſceribus, haud parum meliori valetudini adverſæ: Hinc vita ſedentaria producit calculos; hinc corporis ignavia articularibus doloribus occaſionem præbet, quos otio

a Plat. in Phæd.

corporeo contracta cruditas induc[illegible] hinc plura alia incommoda in partib[illegible] languidioribus, ceu facultate animę [illegible]ctrice aliquando deſtitutis, ſeſe ex[illegible]runt: At ſanè infra ſapientem virum [illegible] eſt calamitas, quę ſoli creat corpo[illegible] moleſtiam, ad mentem ipſam non [illegible]tingit; quin imò, quâ diviniori a[illegible]mę, ut ſeſe magis ex corporea mo[illegible]ſtia expediat, ac altiora cogitet, occ[illegible]ſio ingeminatur. Sunt verè morbi [illegible] calamitatis cenſu æſtimandi, ſicubi [illegible]tiùs immerſæ corporis materiæ eſt i[illegible] anima: at ubi animus à corpore abſt[illegible]ctus atque liber eſt, calamitas ejuſm[illegible]di reverà animi felicitatem auget, ac [illegible]deò calamitatis rationem exuit, du[illegible] Sapienti viro, ut ſe ipſum noſcat rec[illegible]ùs, ac ſe non eſſe id quod paſſionib[illegible] ſubjectum eſt, intelligat ac meditetu[illegible] anſam largiorem præbet. Profectè [illegible] corporea calamitas, ſi cruciatus art[illegible]um, ſi dolor renum aut quarumvis al[illegible]rum partium, ſi ægritudo ulla corpo[illegible] ad Sapientem Virum attinere ſit ce[illegible]

ſend[illegible]

enda, procul dubio de ſepultura Sapi-
ntis tandem aliquando erit cogitan-
um. At hanc veſanam cogitationem
epidè deridet Socrates [a] jam morti
roximus: Rogatus quippe à Critone,
Quonam modo ſepeliri ſe juberet? Ut
Vobis, inquit, libet, modò me ap-
rehendatis, ac niſi ego vos effugero:
ubridens verò addidit adſtantibus di-
ſcipulis: Critoni non perſuadeo, me
ſſe ipſum illum Socratem, qui impræ-
entiarum diſputo, ac dicta ſingula diſ-
pono; ſed opinatur, inquit, me id
ſſe quod paulò poſt viſurus eſt cada-
er; hinc rogat quem ad modum
e ſepeliat? Sic verè ſunt ridicu-
, qui corporis pathemata in Sapientis
ri animum transfundere conantur;
ui nempe ita nexibus corporeis invol-
unt ipſam animam, ut huic omnia
m corpore communia attribuant.
ompatiuntur equidem Virorum ſapi-
tum animæ corporibus, cum quibus
ποςατικῶς unitæ ſunt, quòd natura-
his conjugio devinctæ ſint; at corpo-

a Plat. in Phæd:

ris

ris pathemata nequaquam ipſam anim ſubſtantiam invadunt, nec in perſ nam recidunt incommoda, quæ par miniſtranti accidunt promiſcuè, neutiquam felicitatem viri ſapientis in tervertunt Eſt ſanè Sapiens id ipſu quod imprimis eſt pro homine habe dum, id quod divinum ineſt homin ac quo à brutis animantibus diſcern mur, pars nempe noſtri potior: at ſ pientiæ non raró officit pars altera in ferior; quę dum ad nutum viri ſapie tis eſt, ad ſapientem attinere comm dè cenſetur; at ubi gravat animam non niſi Sapientis indumentum eſt, ſ quædam ejus ſarcina, vel triſte habit culum, quin imò ductile ipſius anim ſepulchrum; quod ſi quis exuat per minentiores & obſtractas functione id agit quod eſt viri ſapientis propriu Hunc ergo nulla corporis calamitas a tingit, hunc nulla infelicitas felici te genuinâ minuit. At illos jure mer tóque torquent variæ miſeriæ, qui n hil præter corpus ſenſitivum ſunt, qu

ipſa

pſam animam poſſideat; qui ſenſibus
nmerſi penitus, nil ultra carnem ſapi-
nt: hi namque verâ ſapientiâ deſtitu-
ntur. Reverà tales pauperes cenſen-
i ſunt, ſi vel redundent opulentiâ;
am nullas veras poſſident divitias:
Deſpectui & ignominiæ ſubjecti ſunt,
ùm negliguntur ac temnuntur à peri-
oribus: nam decus ſibi proprium non
btinent: Sunt verè miſeri, quàm pri-
ùm in quamcunque corporis calami-
tem incidunt: nam ita corpori im-
erſi ſunt, ut præter id quod cernimus
l ſint ſublimius: Fortunæ ſubjacent
bitrio, nec dominatum in ſe ipſos
ſſident: ad appetitus enim ſenſitivi
otus concitantur. Cùm fortè crux
meſtica quæcunque cruciat, ſub cru-
ſuam ſentiunt calamitatem, ac cùm
ſe non habeant, quo crucem vel ſu-
eant vel auferant, ſub crucis ſuæ
ere merguntur infelices. In Sapi-
te unico felicitatis ſtatus firmus eſt;
Sapiente vera infelicitas non habet
um. Eſt verè felix Sapiens; nec
ullâ

ulla ſæculi adverſitate vel calamitate e
felicitatis ſuæ ſtatu deturbatur. H
ergo animum advertitote Juvene
quicunque corda puriore luto condi
geſtatis, qui intus ſpiritum diviniore
in præcordiis fovetis; ad conquire
dam Sapientiam convertitote cogitati
nes veſtras, ac per illius ſtudium fe
citatem vobis veram ſtabilemque co
parate. Ad hanc conciliandam Vol
cura publica intenta eſt; huc ſpect
Præpotentum ac Illuſtrium D. D. C
dinum Magnificentia ac liberalita
quæ Ædem iſtanc Palladis in veſt
commoda exſtruxit, quæ Muſis u
verſis veſtrâ cauſâ commodam hîc h
bitationem figit; huc cura Nobiliſſ.
Ampliſſ. D. D. Curatorum ſedula
indefeſſa Vos invitat; Huc Profeſ
rum diligentia & aſſiduitas vos allic
huc vos hortatur commoda occaſi
huc univerſa cura Academica, huc
mnis labor ac conatus omnium direct
eſt; in veſtra promovenda commod
in veſtros animos expoliendos atq
excole

excolendos, in veram vobis comparandam animi beatitudinem & immutabilem felicitatem veſtris animis conciliandam, ordo univerſus atque diſciplina hujus Athenæi ſuum decus ſervat ac tuetur: Huc ſpectat ipſe hic ſolennis actus, qui veſtrâ ac felicitatis veſtræ porrò promovendæ cauſâ diem hunc præſentem feſtum reddit univerſæ Academiæ: Quo nempe publicè renunciandus novus Rector, Athenæi caput ſummum, ac legitimus eorum omnium qui Juriſdictioni Academiæ ſubjectos ſe agnoſcunt, vel agnoſcere coguntur, Magiſtratus. Hunc verò, qui jam è Rectura nobis decendentibus ſuccedat, à Senatu Profeſſorum ritè ac legitimè per libera ſuffragia electum, per Nobiliſſimorum & Ampliſſ. D. D. Curatorum vota comprobatum, publicè denunciamus, declaramus, ac ſolemni iſtac atque publicâ denunciatione, per Illuſtrium ac Præpotentum D. D. Ordinum autoritatem confirmamus, Celeberrimum Clariſſimumque

Virum D. TOBIAM ANDREA...
L. A. M. Hiſtoriarum & L. Græ...
Profeſſorem Ordinarium. Hunc ...
mnibus & ſingulis, qui Academiæ ſu...
jecti ſunt, proponimus Magnificu...
Rectorem, hunc Academici Senat...
Præſidem indigitamus. Perſonam h...
jus ac autoritatem muneris Magnific...
quod jam commiſſum illi cedo, Vob...
Nobiliſſimi & Ampliſſ. D. Curatore...
ſic commendatam precor, ut vel...
conſueviſtis hactenus, autoritate v...
ſtrâ, quâ celſum atque eminens Ill...
ſtrium ac Præpotentum D. D. Or...
num præſidium ac clientelam ſuſtinet...
autoritatem ejus confirmetis, ac ſtal...
liatis undique, ipſamque muneris M...
gnifici Magnificentiam ſic tueamini ...
venti veſtrâ Curâ, ut ſplendor atq...
decus Academiæ hinc clariùs refulge...
ac ſupprimantur atque arceantur om...
incommoda. Per hanc autoritate...
ſartam tectam cura veſtra ac autori...
prudentis veſtræ curatelæ ſeſe largius...
glorioſiùs repræſentabit, quę ita p...

bli...

blicè illuſtrior in omnium incurret oculos: ſub illa ſtante Academia florebit; at ſub eadem vacillante corruet quod pulchrè ordinatum eſt, ac in deforme chaos omnia vertentur. Vos autem Profeſſores celeberrimi, Collegæ honorandi, conſilio auxilioque unà mecum adeſtote Academiæ Rectori, Magiſtratui legitimo non Juventutis noſtrę modò, ſed & noſtro; ut ſub communibus conſiliis auxiliiſque Academica ſtabiliatur diſciplina, atque ſtabilita vigeat; bonique omnes, quorum nobis promovenda ſalus ac felicitas eſt demandata, velut clara ſidera refulgeant in hocce cœlo Academico, ſuoſque radios illuſtriores undique per orbem publicè diffundant, condecorandi præmiis honoribuſque meritis: econtrà verò mali corrigantur, arceantur, ac ubi deſperata ſalus eſt, eradicentur; ad virtutem ac felicitatem veram conquirendam, capeſſendam, invitentur omnes, alliciantur, incitentur, adigantur; à vitiis ac corruptela

vitæ atque morum præſerventur, a
ceantur; per conatus noſtros ſeduli
promoveantur omnium bonorum bo
ac laudabiles conatus; at malorum in
ſtituta atque actiones improbæ coërc
antur atque retundantur. Tu quoqu
florentiſſima ac nobiliſſima Juvent
tus, in Patriæ ſpem meliorem genit
& in Eccleſiæ ac Rerumpublicaru
commoda, emolumenta, atque orn
menta ſplendidiſſima ſuccreſcens, a
que adoleſcens, Vos, inquam, omne
quotquot membra vos civeſque Acad
miç hujuſce noſtrę profitemini, quâ p
eſt obſervantiâ cultuque venerem
legitimum hunc Magiſtratum veſtru
denunciatione publicâ jam confirm
tum, ac ſolenni ritu mox initiandu
ſuo muneri ac dignitati. Hoc pe
penditote atque pio ſemper volvit
animo, à Deo quemvis Magiſtratu
eſſe, ac ſupremi Numinis vicarium h
bendum inter homines, quem ad
legitimè ſuſpicere ac revereri, eſt D
um ipſum venerari ac timere: hoc v

ò omnis ſapientiæ exordium! hoc ad felicitatem veram aditus! Perpenditoe porro, omnia videntem Dei oculum, ubivis & in omnibus præſentem, d morigeros attendere, nec minùs bſervare refractarios ac contumaces. Ne, quæſo, credite, conſpectum Dei idem effugere, quę fugiunt quandoue oculos mortalium: ne, quæſo, os decipite metipſos, nec putare negligi à magno illo Numine, omniſciente, omnipotente, ſupremo illo Judice ac vindice, quæ Judicum mortalium cenſuris aliquando ſe ſubducunt: citote verò, lento pede ad vindictam i, ac ſuorum Magiſtratuum, divinum procedere iram, at tarditatem pplicii gravitate ſeveriore compenſa-: Scitote in veſtra vita præſidium ſe felicitati veſtræ; vitæque veſtræ rmam ac menſuram eſſe Dei veſtri verentiam, veſtrique, quem hîc ei loco vobis præſtitutum habetis, agiſtratus obſervantiam.

Ad Te tandem, Clariſſime D. To-

BIA ANDREAE, Magnifice D. Re
ctor, me converto: Quò ritu ſolem
in poſſeſſionem Magnifici muneris tu
totiuſque poteſtatis ab eo pendenti
immittaris, in locum hunc illuſtre
te primùm tuis Civibus conſpiciendu
ſiſtito.

Supremus equidem in Academ
nunc tibi locus competit, Magnifi
D. Rector; quem tamen ipſe hact
nus, dum nomine Illuſtrium ac Præ
potentum D. D. Ordinum Provinci
Groningæ & Omlandiæ inſignia ad tu
um Rectoratum attinentia in manus t
bi tradam, teneo. En, *Sceptrum* ti
offero, inſigne poteſtatis tuæ fulge
tiſſimum: In tuum quippe regime
hoc die iſtæc Sapientiæ Reſpublic
hoc regnum litterariæ virtutis, hæc fel
citatis munitiſſima Provincia, commi
titur, quam Pallas ipſa Sceptri ſumm
tatem obtinens, adumbrat. His R
buſpublicis florentibus, ſtat ipſa Mu
di politia, floretque orbis regime
jacentibus, collabitur ſocietas hum

na

na, ipſaque melior natura hominum diſperit, incultaque Univerſum detruit barbaries: Ut ſummo jure Pallas noſtra Sceptri poteſtatem præ ſe ferat! Niveus argenti iſte ſplendor, animi ſerenitatem tui, ac humanitatis lucidum candorem deſignabit bonis ac morigeris; at ater ille ac ſubtriſtis color, qui hinc inde interſperſus eſt, terrorem atque metum malis atque refractariis incutiet. *Sigillum* porrò tibi trado geminum: Hoc majus, quo Diplomata Promotionum confirmantur; minus alterum, quo conſignantur acta Academica, ac muniuntur teſtimonia vulgaria, itemque literæ autoritatem publicam præ ſe ferentes, & ſi quę alia ſimilia. His ſuperaddo *Libros* concernentes Academiam: Ac prior quidem iſte Leges continet & ordinem, ab ipſiſmet Illuſtribus ac Præpotentibus D. D. Ordinibus Illuſtri Academiæ, & omnibus in ea, cùm diſcentibus tum & docentibus, præſcriptum: quo adeò ſtatuta, ritus, modi principales, om-

nium eorum quę ad exercitia, exami-
na, promotiones publicas; ſolennita-
tes, ac ſimilia id genus, attinent, de-
finiuntur ac determinantur. Hic vero
alter Album eſt ipſius Academię, quod
& Matriculam appellant, quo conſi-
gnantur nomina eorum omnium, qui
membra Academiæ cenſeri volunt, a
cives inclytæ Reipublicæ hujuſce litera-
riæ haberi. Poſtremò tandem *Clave*
veſtræ poteſtati trado: priorem qui-
dem hunc faſciculum, ad obſerand
& aperiendas, arcas, thecas, ſcrinia
capſas, ubi acta publica, decreta Se-
natus, reſcripta Superiorum, cætera-
que omnia ſecretiora, Academiam ve
Academicum Senatum concernentia
ſervantur ac cuſtodiuntur: poſterio
congeries, cùm Academiæ tum eju
Curiæ, itemque Auditoriorum, atque
Carceris, quo graviores pœnę irrogan-
tur delinquentibus, ac quo cuſtodiun-
tur inſolentiores, cùm aperiendi tum
claudendi poteſtatem conficit. Sic i
plenariam poſſeſſionem tui muneris a
dignitat

ignitatis atquè poteſtatis univerſæ, am immiſſo tibi, Magnifice D. Re-ctor, gratulor ex animo Magnificenti-m hanc tuam; Recturamque tibi pro-peram, felicem, tranquillam, à Re-ctore rerum omninm ſupremo, Deo er Opt. Max. ſupplicibus votis appre-or. Summo illi Moderatori ac Re-ctori Academiæ noſtræ, trinuni Deo, Patri, Filio, & Spiritui S. glorioſo ac empiterno Numini, infinitas debe-nus grates, quas nec verbis exprime-e valemus, nec devotiſſimis votis ac ogitatione complecti, quòd elapſo oc anno univerſo ſic ſpiritu ſuo gratiæ Nobis Recturæque noſtræ præfuerit, t floruerit Academia, conſtantiaque oſtro nunquam defuerit animo ad fe-enda onera complura variarum fun-ctionum, moleſtiaſque tranquillo ani-no ſuſtinendas. Idem ille omnis boni utor datorque Provinciam hanc Gro-ingæ & Omlandiæ florentiſſimam ſub lementiſſima tutela ſuâ porrò prote-at ac conſervet, eandemque omni fe-

licitate

licitate undiquaque beet; Illuſtres Præpotentes Provinciæ Ordines regi Spiritu ſuo pacis & concordiæ, felici que ſucceſſus largiator heroïcis eoru conatibus ac conſiliis: Academiam ſe vet incolumem, ejuſdemque flore adaugeat; Recturæ præſit ipſe cleme ti regimine ſuo, Rectoremque ſpiri ſuo prudentiæ ac ſapientiæ perfunda Curatores incolumes conſervet, cur que ipſorum fideli cumulatiſſimè è c lo benedicat in ſplendidiora Academ incrementa & ornamenta; Profeſſo ſalvos tueatur, horumque labores ſtudia promoveat in Juventutis co moda uberrima ac ſalutaria; Juven tem verò ipſam Spiritu ſuo S. ita reg ac dirigat, ut Virtutem ac Sapienti perpetuò ſectentur, veramque in h vita conſequantur felicitatem hum nam, ac poſt hujuſce vitæ labores ærumnas beatitudine angelicâ in cœlis feliciſſimi fru-
antur.

D I X I.